



NAZ.
3


BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVIII
C
103
NAPOLI



CICERONIANÆ LINGVÆ
SYNTAXIS
HEXAMETRO CARMINE CONSCRIPTA.

Per Diaconum

GREGORIVM ORLANDVM
Ciuitatis Sanctæ Seuerinæ.



CVM PRIVILEGIO.

MESSANÆ. *Apud Petrum Bream.* 1622.
Superiorum permissu.

Ex libris Laurentii Gratii ianophysici Severinopoli




V· I· CONSVLTISS:

DOMINO

IOANNI LEONARDO AMARELLI
Patritio Rossanensi,

In publico, ac Nobilissimo Messanæ Gymnasio legum interpreti matutino, eiusque Iuristarum Collegij ordinario Doctori.

DIAC. GREGORIVS ORLANDVS F. P.



Varum me quidē prius honesta virtutum fama, quā omniū vocibus efferri passim rumore secundo sentiebā, excitarat, vir præstantissime; vt prosilientis iamiam huiusce ingenij mei fœtus, atque in lucem, conspectumque hominum prodire gestientis tuam potissimum benignita-

tem, quasi obstetricem optarem; editi postmodum nutricem, tutricemque adulti futuram. Nunc verò tua me suauitas, primò leuiter delibata, tum diuturno etiam instituto summa cum animi mei voluptate plenius gustata, compellit planè; vt ex vteri tenebris, atque ergastulo suapte sponte erumpentis conatum, non modò ipse retineam, sed vltro etiam, tua fretus humanitate adiuuem. Mouerat enim me ante tui nominis claritudo, qua fieri posse facilè existimabam; vt si quid esset in hoc partu nitoris, atque elegantiæ, quod acriores sapientiorum animos oblectare posset, id noua tui splendoris accessione collustratum, purius enitesceret: sin verò, quæ mea est tenuitas ingenij, atque ieiunitas bonarum artium, labis vsquam aliquid intercurreret, id rursus, perstricta offusi luminis claritate Zoilorum acie, delitesceret: vel sanè ipso tuarum virtutum fulgore ictum discuteretur. Aureos deinde mores tuos experto spes mihi sensim affirmabatur, fore vt labores meos auspicio tui nominis tutarere,

atque

atque inter has musarum syluas florere etiã nomen tuum æquo animo paterere. Nomen inquam illud, quod cum pluribus, ijsque augustissimis maiorum ornamentis decorum, tum longè etiam propria virtute præstantius, non in vicinas modò, sed in ipsas quoque exteras, ac longinquo locorum interuallo à nobis disiunctas gentes, & nationes, magna celebritate peruasit, ac penetrauit. Quis enim est, quem tua lateat in iure ciuili interpretando subtilitas, atque facundia? Quem item Bartholi, Nicolai, Abbatis Hieronymi, Petri Ioannis, Octauij, & aliorum complurium Amarellorum hoc in genere doctrinæ præstans ingenium fugiat? Quis item & Antonium Amarelli, virũ quidem bello fortissimum, & ipsum Bartholum Amarelli pace sapientissimum fratres, sub quorum tutela, & patrocinio iandiu Aragoniæ domus defensa fuit, vnde euenit, vt deinceps assecuti fuerint illi Aragoniarum insignia, nesciat? Franciscum, Alexandrum, Ansoisium, Ioannem Baptistam, Alphonsum, & cæteros belli-

cis laudibus florentissimos duces, quorum memoriã elegantissimus pater tuus Dominus Cornelius colit, omissos facio modestiæ magis tuæ, quàm mei officij memor. His igitur tuis adductus virtutibus, honoribus, nobilitatibus, tibi, quem Mæcenatem agnosco, exiguum hoc animi, ac voluntatis meæ pignus offero. Tu, vt cum poeta loquar, cape dona libens nec dedignere ferentem. Vale nostri sæculi decus, & felicissimè viue. Messanæ. 4. Non. Maias. Anno Christianæ salutis Vigesimo Secundo supra Millesimum Sexcentesimum.

PHI-

PHILIPPVS, &c.



Rinceps Emmanuel Philibertus Vicerex, & Generalis Capitaneus in hoc Siciliæ Regno omnibus, & singulis officialibus quarumuis Ciuitatum, terrarum, locorum Regni eiusdem maio. & mino. præsentibus, & futuris, ac quibusuis Impressoribus, ac Bibliopolis dicti Regni, cui vel quibus præsentes præsentatæ fuerint fid. reg. dilectis salutem. Semo stati supplicati del tenor sequente; Serenissimo Signore, Diacono Gregorio Orlando della Città di Santa Seuerina nel Regno di Napoli dice à V. Altezza Serenissima, che con molti suoi trauagli, vigilie, e fatiche hà composto vn libro intitulato, Ciceronianæ linguæ Syntaxis, per beneficio vniuersale, e facilità de' studenti, il quale è stato riuisto, & approbato da chi spetta, e perche volendolo fare imprimere teme, che altri lo ristampassero, humilmente supplica V. A. Serenissima, che si degni concederli licenza, che possi esser stampato per anni dieci, con che niun'altra persona sotto qualsiuoglia pretesto possi farlo ristampare, ne vendere senza e-

spressa

ſpreſſa liceza dell'eſponente, e che di ciò ſe ne ſpediſca priuilegio à tal che l'eſponente non perda tanti trauagli per eſſo patiti in compoſicione sì laborioſa. Il che oltre eſſer coſa giuſta, lo receuerà à gratia particolare da V. A. S. vt Altiſſimus. Del quale memoriale fattane relatione per il Regio Segretario Gio. Paolo Durāte prouittimo. Meſſanæ 20 Aprilis 1622. Fiat priuilegium in forma per annos decem: come appare in Regia Segreteria. Perciò per tenor delle preſenti vi dicemo, & ordinamo eſpreſſamente, che non debbiate pacto aliquo permettere, che perſona alcuna di qualſiuoglia grado, e conditione ſi ſia ſotto qualſiuoglia preteſto poſſa, ne debba far riſtāpare, ne vendere il ſodetto libro intitolato, Ciceronianæ linguæ Syntaxis per l'eſponente compoſto, per ſpatio d'anni diece da contarſe dal giorno della data delle preſenti, ſenza licenza dell' eſponente, ſotto pena d'Onze dieci d'applicarſi al Regio fiſco per ogni contraueniente pro qualibet vice contrauentionis; poiche noi per le preſenti concediamo tal licenza all'eſponente ſolamente per detto ſpacio d'anni dieci di quello poter far ſtāpare, vendere non altrimente, ne in altro modo reſtituendo le preſenti al preſentante per ſua cautela per quanto la gratia di Sua Maeſtà teneti cara, e


lotto

ſotto pena di docati mille fiſco Regio applicandi, quibus imponi poteſt. Datum Meſſanæ. die 27 Aprilis. 1622.

PHILIBERTVS.

Dominus Princeps Philibertus Emmanuel Vicerex, & generalis Capitaneus mandauit mihi Antonio Albigiano viſa per de Hortolano, & Angotta.

DON



DON HYACINTHVS GERMANVS
Gregorij frater
ad Ciceronianæ linguæ ſtudioſos.

QVisquis auet puram Ciceronis diſcere linguã,
Carmine conſcriptum perlegat iſtud opus,
Quod bonus à Cicerone meus Gregorius hauſit,
A quo hic ſyntaxis regula quæque datur.

Dominus Don Andreas Carafa
elegans iuuenis
ad Auctorem.

INter mortales omnes Orlandus vt armis:
Syntaxi ſic eſt optimus iſte noua.

Don Auguſtinus Menius
ad Auctorem.

CEdant Grãmatici, vigeat Gregorius; hic nam
Grammaticæ leges cum Cicerone docet.
Hunc emat ære librum paruo ſtudioſa iuuentus,
Veras vt leges diſcere poſſit eas.

Ad

AD ADOLESCENTES Latinæ linguæ ſtudioſos

Diaconus Gregorius Orlandus.

CVm Marcus Tullius Cicero ſermone ab omni vitio remoto, quem vos, ſtûdioſi adoleſcentes, addiſcere cupitis, Latinæ linguæ parens dici meruerit; idcirco accommodauimus hoc vobis opuſculum inſcriptum, Ciceronianæ linguæ Syntaxis, & eius authoritate refertum: in quo partium orationis coordinationem, quæ conſtat ex congruentia, exigentia, & delectu, breuiter aperimus, vt quamprimùm Latini ſermonis proprietatem, & ſplendorem habeatis. Hoc igitur quicquid eſt laboris noſtri, quod vtilitati veſtræ dicare viſum eſt, æqui bonique conſulite. Valete, & vos totos huiuſce Syntaxis opuſculi vſui impendite. Interim Deum Opt. Max. precamur, vt latinitate, quam ab hac Syntaxi diſcitis, maximum ſæpiſſime nomen, decus, atque celebritatem comparetis. Iterum valete.

Notarum, quibus singula Marci Tullij Ciceronis opera in hac Syntaxi citantur, explicatio.


Acad.	*In Academicis quæstionibus.*
Ad Her.	*Ad Herennium.*
Ad equ. Rom.	*Ad equites Rom.*
Att. vel ad Att.	*In Epistolis ad Atticum. quo in libro sunt etiam epistolæ M. Bruti, Cn. Pompeij, & aliorum quorundam.*
Br. vel ad Br.	*In epistolis ad Brutum.*
Contra Rull.	*De lege Agraria contra P. Seruilium Rullum.*
De Am.	*De Amicitia.*
De Ar.	*De Aruspicum responsis.*
De Cl.	*De Claris Oratoribus, siue in Bruto.*
De D.	*De Diuinatione.*
De Fat.	*De Fato.*
De Fin.	*De finibus bonorum, & malorum.*
De In.	*De Inuentione.*
De L.	*De Legibus.*
De N.	*De Natura Deorum.*
De Opt.	*De optimo genere Oratorum.*
De Or.	*De Oratore.*
De Pr.	*De Prouincijs consularibus.*
De Sen.	*De Senectute.*
De Som.	*De Somnio Scipionis.*

De

De Vn.	*De Vniuersitate.*
Ep.	*In epistolis familiaribus.*
I.A.	*In Antonium, siue in Philippicis.*
I.C.	*In Catilinam.*
In Arat.	*In Arati Phænomena.*
In Sal.	*In Salustium.*
In Vat.	*In Vacinium.*
I.P.	*In L. Pisonem.*
I.V.	*In C. Verrem, siue in accusatione.*
Oct.	*In Epistola ad Octauium.*
Off.	*De Officijs.*
Or.	*In Oratore.*
Parad.	*In Paradoxis.*
Part.	*In partitionibus Oratorijs.*
Post r.	*Ad Quirites post reditum.*
Pro Ar.	*Pro Archia Poeta.*
Pro Cec.	*Pro A. Cecinna.*
Pro Cl.	*Pro A. Cluentio.*
Pro Cor.	*Pro Cornelio.*
Pro Cel.	*Pro Celio.*
Pro Deiot.	*Pro rege Deiotaro.*
Pro Dom.	*Pro Domo sua ad Pontifices.*
Pro Fl.	*Pro L. Flacco.*
Pro Font.	*Pro M. Fonteio.*
Pro Lig.	*Pro Q. Ligario.*
Pro Mar.	*Pro M. Marcello.*
Pro Mil.	*Pro T. Annio Milone.*
Pro Mur.	*Pro L. Murena.*

Pro

Pro Pl.	Pro Cn.Plancio.
Pro Pom.	Pro Pompeio, vel pro lege Manilia.
Pro Quint.	Pro P.Quintio.
Pro Q.R.	Pro Q.Roſcio Comœdo.
Pro Rab.	Pro C.Rabirio perduellione.
Pro R.	Pro C.Rabirio Poſtumo.
Pro Seſt.	Pro P. Seſtio.
Pro S.R.	Pro Sexto Roſcio Amerino.
Pro Syl.	Pro P.Sylla.
Q.de Pet.	Q.Cicero de petitione conſulatus.
Q.F.	In Epiſtolis ad Quintum Fratrem.
Top.	In Topicis.
Tuſcul.	In Tuſculanis Quæſtionibus.



DE

DE CONGRVENTIA.

COngruentia eſt debita partium orationis cõuenientia. Ea triplex eſt: Adiectiui cum ſubſtantiuo: Relatiui cum antecedente: Nominatiui cum verbo.

De Adiectiuo cum ſubſtantiuo.

Mobile, pronomen, cum fixo participanſque
In caſu, genere, & numero concordat eodem.

NOmina Adiectiua. Pronomina, & Participia concordant cum ſubſtantiuis in eodem genere, numero, & caſu. I. A. Ludos apparatiſſimos, magnificentiſſimoſque fecit.
De Or. Panætius ille tuus.
De In. Domus omnibus rebus inſtructa, & apparata.

De Relatiuo cum antecedente.

Qui, quæ, quod referens cum præcedente in eodem
Stat genere, & numero, necnon perſona in eadem.

REIatiuum, Qui, quæ, quod concordat cum antecedente ſubſtantiuo in eodem genere, & numero. de Sen. In eo libro, quem de rebus ruſticis ſcripſi.

Ibi-

Ibidem, Ex ijs rebus, quas gerebã, intelligebatis. Relatiuum autem cum effertur nominatiuis,cõcordat cum antecedente substantiuo non in genere, & numero solùm ; sed etiam in persona.ad Tiron.Nemo nos amat,qui te non diligat.Off.At in eo rege,qui vrbem condidit.

De Nominatiuo cum verbo.

Personale modi finiti à fronte requirit
Persona,& numero rectum, qui aliquando taceatur.

VErbum personale finiti modi regit ante se nominatiuum eiusdem numeri,& personæ. de Somn. Scip. Ille videat,quo modo imperator esse possit.ad Trebat.Si vos bene valetis, bene est,ego quidem valeo.

Primæ,vel secũdæ personæ nominatiuus subticetur aliquando. Parad.Omitto, vnde substuleris,& quo modo habeas. Off.Si in eos , quos speramus nobis profuturos , non dubitamus officia conferre.ad Terent. Si nos amatis,curate,vt valeatis. Aliquando etiam tertiæ personæ nominatiuus pluralis subticetur;vt,aiunt, dicunt, ferunt , prædicant.Ideſt,homines aiunt,dicunt, &c. pro Plan. Non possum magis conferre pedem (vt aiunt) at propius accedere.

Hæc hactenus.Cætera,quæ hoc loco voletis,in figuris parata vobis erunt.



EXigentia eſt partium orationis vis quædam, qua in certo caſu alia aliam ſibi adiungi poſtulat.

Ea eſt duplex. Vna anterior, quæ ſoli verbo conuenit; altera poſterior, quæ ad omnes orationis partes extra vnam cõiunctionẽ pertinet.

De Exigentia ſingularum partium orationis, ac primùm de poſteriore Nominis.

NOmen eſt, quod caſus habet, neque tempora adſignificat. Et id duplex eſt. Vnum Subſtantiuum, quod Adiectiuo ſubſtat: & vocatur fixum; quia firmum eſt, nec mouetur de genere in genus: alterum Adiectiuum, quod adijcitur Subſtantiuo, ſine quo ſenſum non perficit: & appellatur mobile; quia mouetur de genere in genus.

Subſtantiuum nomen exigit à poſteriore duos caſus; videlicet, Genitiuum, & Ablatiuum.

Adiectiuum nomen quatuor caſus exigit à poſteriore; ſcilicet, Genitiuum, Datiuũ, Accuſatiuum, & Ablatiuum.

DE EXIGENTIA POSTERIORE SVBSTANTIVI NOMINIS.

Genitiuus post Substantiuum nomen.

Qui duo coniungit variarum nomina rerum
Fixa, potest vnum rectè donare secundo.

SVbstantiuū nomē recipit alterū substantiuum nomen in genitiuo, cùm significantur res diuersæ. de Am. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaueris.

Ad Lentulum, Me consolatur recordatio meorū temporum.

Ad Celium, Accedit molesta hæc pompa lictorum meorum.

Genitiuus, & Ablatiuus post Substantiuum nomen.

Fixum coniunctum fixo cum mobile laudis,
Vel vitij, casus patrij, sextiue potitur.

SVbstantiuum nomen subiecti regit alterū substantiuū nomen proprietatis in genitiuo, vel in ablatiuo, antecedente adiectiuo nomine laudis, vel vituperationis. ad Marcellum, Neque, te monere audeo præstanti prudentia virum, neque confirmare maximi animi hominem.

De Sen. Lysander Lacedęmonius vir summę virtutis.

De Fin. Vir stabili, & firmo, & magno animo.
Tuscul. Homines infima fortuna, nulla spe rerum gerendarum.

Ablatiuus cum præpositione DE post Substantiuum nomen.

Sextum, DE iuncto, vult fixum nomen, adhærens Fixo, pandenti rem, de qua fortè loquuntur.

SVbstantiuum adhęrens alteri substantiuo, significanti rem, vel de qua scribitur, vel de qua agitur, vel de qua loquuntur, ablatiuum, interueniente DE, postulat. pro Mil. Cùm Pompeius de me decretum Capuæ fecisset.
Ad Cassium, Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella.
De Am. Is exposuit nobis sermonem de amicitia habitũ ab illo secũ, & cũ altero genero Scæuola.

Opus.

Hæret Opus sextis indeclinabile substans:
Se fixis autem nectit, ni substet; vt, vsus.

OPus indeclinabile nomen, quando est substantiuũ, ablatiuum sibi assumit. ad Philippum, Expedito nobis homine, & parato opus est.
Ad Plancum, Quibuscunque rebus opus esse intelligebam
Ad Appiũ Pulchrum, Pręsidio firmiori opus esse ad istam prouinciam.

Quando verè est adiectiuum, idem connotat, quod Necessarius, & ita adiectiuis accommodari potest. ad Curionē, Dux nobis,& auctor opus est. Ad Tironem, Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus. Hoc est, necessaria.

DE EXIGENTIA POSTERIORE ADIECTIVI NOMINIS.

Genitiuus post adiectiui Neutrum.

Mobilium neutris patrios adiungito casus,
Illa tibi substantiuè quocunque feruntur.

ADiectiuum nomen genitiuum admittit,cùm genere neutro substantiuè fertur. pro Mil. Vident quantum in te sit animi, quantum ingenij, quantum auctoritatis.
De Or. Multi sine doctrina aliquid omnium generum,atque artium consequuntur.
Ad Att. Terentia delectata est tuis literis, & impertit tibi multum salutis.

Genitiuus post Partitiuum.

A Partitiuis patrij pluralis amantur.

PArtitiua genitiuū pluralem, vel collectiui nominis singularem amant. de Sen. Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ.
Pro S. R. Non solùm sui municipij, verùm etiam eius vicinitatis facilè primus.

Partitiua ſunt hæc, quæ ſequuntur.

Vniuerſalia & affirmatiua, & negatiua, de Sen. Cauſarum illuſtrium quaſcunque defendi.

De N. Elephanto belluarum nulla prudentior.

Diſtributa. Singula horum.

Particularia. pro Quint. Eſtne quiſquam omnium mortalium, de quo meliùs exiſtimes?

Numeralia Cardinalia. pro leg. Ma. Ab vnis hoſtium copijs bellum geri.

Ordinalia. I. V. Dyrrachinus primus Ciuitatis.

Comparatiua. contra Rull. Omnibus vobis, aut maiori veſtrum patri. in Parad. Quæ ſunt ſummarum virtutum potiora.

Superlatiua. ad. Att. Iſte omnium turpiſſimus,& ſordidiſſimus idem eſt, qui in Repub. fuit.

Appendix.

Partitiua quoque ſibi aſciſcunt ablatiuũ cũ DE. Acad. Fuit ergo iã accepta à Platone philoſophãdi ratio triplex. Vna de vita, & moribus: altera de natura, & rebus occultis: tertia de diſſerendo.

Vel E. de D. Panætius, qui vnus è Stoicis Aſtrologorum prædicta reiecit.

Vel EX. de Or. Cùm te vnum ex omnibus ad id dicendum maximè aptum cognoſſem.

Aut accuſatiuum cum INTER. pro Seſt. Qui Tribun. pl. primus inter homines nobiliſſimos factus eſt.

Scholion.

Aliquis, alius, alter, alteruter, Cunctus, Nemo, neuter, nullus, Plerique, Quis, quicũque, quidã, quilibet, quiſpiam, quiſquam, quiſque, quiſquis,

quiuis, quotus, Solus, Vllus, vnus, vnusquisque, vter, vterque, vtercũque, vterlibet, vteruis, &c.
Distributa. Singuli, bini, terni, quaterni, &c.
Numeralia. Vnus, duo, tres, quatuor, & cætera Cardinalia.
Ordinalia, Primus, secũdus, tertius, quartus, &c.

Genitiuus post Superlatiuum.

Eiusdem quando generis res comparo plures,
Iure Superlatiuo vtor, quærente secundum.

CVm inter res generis eiusdem ab vno ad plures fit comparatio, vtimur Superlatiuo cum genitiuo plurali, vel collectiui nõis singulari. ad Licinium, Præstantissima omniũ fœminarũ vxor tua. Pro Quint. Habet abuersarium P. Quintius verbo Sext. Næuium, re vera huiusce ætatis homines disertissimos, ornatissimos nostræ Ciuitatis.

Appendix.

Superlatiuum iungitur quoque accusatiuo cum INTER. pro S. R. Rectum putabat pro eorum se honestate pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur.
Aut ablatiuo cum EX. Pro eodẽ, Audacissimus ego ex omnibus? minimè.
Vel DE. Off. Nã, quod aiũt, minima de malis?

Submonitio.

Superlatiuum præter propriũ casum habet quoque casum sui positiui. de Cl. Fuit Sextus Alesius iuris quidam ciuilis omniũ peritissimus. Omnium m

nium superlatiui, Iuris positiui casus est:

Genitiuus post adiectiua Desiderium, Curam, Timorē, vel contraria significantia.

Mobile, quod Desiderium, Curam, atque Timorē,
Vel contra signat, genitiuo sæpe fruetur.

GEnitiuos sibi asciscunt nomina adiectiua, quæ Desiderium, Curam, Timorem, aut contraria significant. I. V. Ille vehementer tui cupidus est. Pro Pom. Quoniam semper appetentes gloriæ præter cæteras gentes, atque auidi laudis fuistis. Att. Ego mei studiosos habeo Dyrrhachinos. Pro Sest. Me timidum nullius animi, nullius consilij fuisse confiteor.

Scholion.

Auidus, Cupidus, curiosus, studiosus, Timidus.

Genitiuus post adiectiua Scientiam, & Inscientiam connotantia.

Casibus apponi patrijs Inscitia gaudet:
Ac etiam patrijs aduersa Scientia gaudet.

SCientiæ, & Inscientiæ adiectiua genitiuo præire solent. pro Font. Sapiens homo, & multarum rerum peritus.
Pro Sest. Tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers consilij, aut ingenij?

Att. Qui non tam memores essent virtutis tuæ, quàm laudis inimici.
Eidem, Immemor mandati.

Scholion.

Expers, Ignarus, immemor, inscius, Memor, Peritus, Rudis.

Genitiuus, & Datiuus post adiectiua Propinquitatem, *Similitudinem, aut contraria significantia.*

Proprius, & Similis cunctis cum stirpibus una,
Citra discrimen patrium, ternumue requirunt.

ADiectiua, quibus Propinquitas, similitudo, aut his aduersa significantur, interrogandi, vel dandi casum efflagitant. pro Syl. Homines huius affines suspicionis. pro Cl. Duos solos video auctoritate censorum affines ei turpitudini iudicari.
De Fin. Quis alienum putet eius esse dignitatis? Pro Cæsare, Id dicit, quod illi causæ maximè est alienum.
Off. Superioris Africani filius non tam potuit patri similis esse, quàm ille fuerat sui. ad Marcellum, Vel me tui similem esse audio, vel te mei.
De Or. Existimant artificium esse hoc quoddam non dissimile cæterorum. pro Syl. Et erat huic iudicio longe dissimilis illa contentio.

Submonitio.

Reperitur etiam. pro Q. R. Is seruus fuit ei cũ Roscio communis.

De L. Quibus autē hæc sunt inter eos communia.
De Pr. Sed alienū mihi videtur dignitate imperij.
Ep. Quæ non aliena esse ducerem à dignitate tua.
Item de Cl. Qui sunt inter se dissimiles.
Et de In. Si par ī nobis, atque ī illo sciētia fuisset.

Scholion.

Æqualis, affinis, alienus, assimilis, Communis, cōsimilis, Dispar, dissimilis, Impar, Par, proprius, Similis, & alia complura.

Genitiuus, & Ablatiuus post adiectiua Copiæ, & Egestatis.

Copia vult patrium, vel sextum sicut Egestas.

QVæ Copiam, Egestatem connotant genitiuis, vel ablatiuis apponuntur. Tuscul. Omnia honesta plena gaudiorū sūt. de Sen. Vir fide plenus. De Or. Sed deinceps omnia plena consiliorum, inania verborum videmus. Ep. Nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re vtile, & suauī venerat.
De Or. Inops quidam humanitatis. Off. P. Crassus cùm cognomine diues, tùm copijs.

Submonitio.

Abundans, affluens, Completus, consertus, cumulatus, Freques, frequētatus, Oppletus, orbus, Præditus, Redundans, repletus cum ablatiuis congruantur.

Scholion.

Diues, Inanis, inops, Plenus, & c.

Genitiuus, & Ablatiuus post adiectiuum Dignus, & Indignus.

Dignus, & Indignus patriũ, sextumue reposcunt.

DIgnus, & Indignus genitiuis, vel ablatiuis coniunguntur. Att. Suscipe curam, & cogitationẽ dignissimam tuæ virtutis.

De Ar. Et hunc vnum in hac ciuitate dignum huius imperij dicit.

De Fin. Aliquem esse dignum, vel indignum suis maioribus.

Datiuus post adiectiua Gratiæ, Fauoris, Voluptatis, Odij, Damni.

Vt casum proprium referat sibi Gratia ternum:
Sic referãt Odiũ, Damnũ, Fauor, atque Voluptas.

QVæ Gratiam, Fauorem, Voluptatem, Odium, Damnum connotant, datiuo casu gaudent. Att. Ista veritas etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est.

I. P. Neque propitij sunt cuiqam.

De Sen. Senes sunt odiosi omnibus.

Pro Quint. Mihi summam per iniuriam omnia inimica, & infesta sunt.

Item Verbalia in Bilis passiuæ affectionis; vt, Affabilis, Amabilis, Optabilis. Off. In omni sermone omnibus affabilis. Ad Trebat. Amabilor mihi Velia fuit. Pro Sest. Hoc est optabile omnibus.

Scholion.

Aduersus, affabilis, amabilis, amœnus, amicus, Carus, comes, cõtrarius, Dulcis, Familiaris, Gratus, Infensus, infestus, ĩgratus, inimicus, iniquus, intimus, inuidus, inuisus, Molestus, Necessarius, Odiosus, optabilis, Propitius, Socius, suauis, &c.

Submonitio.

Quædam genitiuum habent, quæ substantiuè magis vsurpantur. Off. Vir bonus, & simplicis veritatis amicus. De Cl. Eloquentia pacis est comes omnium, ocijque socia.

Datiuus, & Accusatiuus cum AD præpositione post adiectiua Vtilitatem, Habi*tudinẽ, aut cõtraria significãtia.*

Vtilitas, Habitudo, simul quæ aduersa notantur, Casibus aut terno, aut quarto, AD mediãte, pibũt.

QVæ Vtilitatem, Habitudinem, aut contraria connotant, datiuũ, vel accusatiuum cum præpositione AD suscipiunt. contra Rull. Ea lex vobis accõmandata, atque vtilis est.

Att. Huic meo consilio nihil est isto loco aptius.

De In. Inutilis sibi.

Off. Homo ad nullam rem vtilis.

De Fin. Res aptæ, habiles, & accõmodatæ ad naturam.

Scholion.

Accommodatus, appositus, aptus, Habeles, Idoneus, inutilis, &c. Sub-

Submonitio.

Natus autem, si spatium temporis connotat, accusatiuum sine præpositione habebit. de Cl. Ille octoginta annos natus. de Sen. Ego quinque, & sexaginta annos natus.

Ablatiuus post adiectiua Mensuræ.

Mobile mensuræ sexto præponier optat.

ADiectiua, quæ significant loci spatiũ, vel mensuram, regunt substantiua mẽsuræ in ablatiuo. de L. Nam super terræ tumulum noluit, quid statuit, nisi columellam, tribus cubitis nõ altiorem.

Scholion.

Altus, amplus, Latus, longus, Profundus.

Ablatiuus post Comparatiuum.

Quando vel generis similis duo confero tantùm,
Vel duo diuersi generis, vel plura duobus,
Collatiuo vtor, casu gaudente Latino.

VTimur Comparatiuo cũ ablatiuo casu, quando vel plura diuersi generis cõparantur. I. C. Luce sunt clariora nobis tua consilia.

Vel cùm duo similis, vel diuersi generis conferuntur. ad Oct. Quæ non pusterior dies acerbior priore, & quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo Romano illuxit?

De Sẽ. Ex eius lĩgua melle dulcior fluebat oratio.

Submonitio.

Qui ablatiuus resolui potest in casum similem ipsi cōparatiuo, intercedēte cōiunctione QVAM.
I. V. Tu innocentior quàm Metellus.
Ep. Hoc fortiorem me puto, quàm te ipsum præceptorem fortitudinis.

Ablatiuus laudem, vituperationem, vel partem significans.

Pleraque mobilium casus moderamina sexti,
Laudem, crimen, seu partem signantia, sumunt.

PLeraque adiectiorum nominū auferendi casum efflagitant, significantem laudem, vituperationem, aut partem. de Or. Vir gloria clarus, auctoritate grauis,
Ibid. Sunt quidam, aut lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu, motuque corporis vasti, & agrestes, ut etiam si ingenijs, aut arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint.
Pro Pl. Fessus inedia, fluctibusque.
I. V. Ob ius dicendum M. Octauium Ligurem hominem ornatissimū loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copijs re pecuniam non dubitauit.
I. C. Homo æger morbo graui.

Scholion.

Absonus, æger, albus, Breuis, Clarus, Durus, Fessus, Grauis, Horidus, Incultus, insignis, Læsus, Niger, nobilis, Ornatus, Præditus, Quietus, & cætera complura.

Ablatiuus cum præpositione A, vel Ab.

A, vel Ab adiunctis, sextum sibi vendicat omne
Nomen mobile, quo quædam diuersa notantur.

Diuersitatis quædam nomina adiectiua ablatiuũ cum præpositione A, vel Ab postulant. de Cl: Tam inops erã ab inimicis, tam nuda Respublica à magistratibus.

I. V. Coniuges integras ab istius petulentia conseruare non licitum est.


I. A. Res familiaris cùm ampla, tùm casta à cruore ciuili.


I. V. His quidam temporibus in omni orbe terrarum vacui, expertes, soluti, ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere.

Scholion.

Alienus, Castus, Diuersus, Expers, intiger, Liber, Nudus, Purus, Solutus, Vacuus, &c.

Hæc de exigentia Nominis sufficiant.





DE EXIGENTIA POSTERIORE PRONOMINIS.

PRonomen est, quod loco nominis ponitur. Et id quinquuplex est; scilicet, Demõstratiuum, Relatiuum, Possessiuũ, Gentile, & Reciprocum. Pronomen à posteriore vnum casum exigit; videlicet, Genitiuum.

Genitiuus post neutrum Pronominis Demonstratiui, & Relatiui.

Casibus vt patrijs neutrum referentis adhæret:
Sic equidem neutrũ quoque demõstrantis eisdem.

OMnia Pronomina tam Demonstratiua, quàm Relatiua, cùm genere neutro substantiuè ponuntur, admittunt genitiuum. Att. Hoc literularum exaraui egrediens è villa ante lucem. De Or. Quoniam id tẽporis est surgendũ censeo. I. V. Quod auri, quod argenti, quod ornamentum in meis vrbibus, sedibus, delubris fuit, id mihi tu

hi tu Caius Verres eripuisti, atque abstulisti.
Att. Res est eodem loci, quo reliquisti.

Genitiuus post Pronomen Possessiuum.

His Meus, atque Tuus, Noster, Vesterque, Suusq;
Pro Mis, Tis, Nostrûm, Vestrûm, Sis dono secūdū.

POssessiua Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester cùm ponuntur pro genitiuis mis, tis, sis, nostrū, vestrū, admittūt hos genitiuos, qui sequūtur.

Genitiuos Substantiuorum nominum. in M. Antonium, Tuū hominis simplicis pectus vidimus.

Genitiuos Adiectiuorū nominum; videlicet hos, Vnius, Solius, Omnium, Cuiuslibet, Cuiusque, Multorum, Paucorum. I. P. Sine vlla dubitatione iuraui Rempub. atque hanc vrbem mea unius opera esse saluam.

De Or. Voluntati vestræ omnium parui.

De Fin. Quoniam sua cuiusque animantis natura est, necesse est quoque finem omnium hunc esse, ut natura expleatur.

Ad Br. Bibulum noli dimittere ex sinu tuo, tantū iam uirum, ex quanto mihi crede potest euadere, qui vestris paucorum respondeat laudibus.

Genitiuos Pronominum. pro Mur. Ex tuo ipsius animo coniecturam ceperis.

Genitiuos Gerundiorum, vel Gerundiuorum. de Or. Lucium Crassum quasi colligendi sui causa se in Tusculanum contulisse.

An-

Annotationes
de vsu Pronominum.

HI quinque genitiui Primitiuorum Mei, Tui, Sui, Nostri, & Vestri passiuè capti, & hæc quinque Possessiua Meus, Tuus, Suus, Noster, & Vester, actiuè capta, duplicibus iungi possũt substãtiuis. Primò substantiuis affectuũ cuiusmodi sunt hæc Verbalia; Amor, Dolor, Fauor, Timor, Desiderium, Odium, Studium, Fastidium, Memoria, Cura, Sollicitudo, Conseruatio, Descriptio, Item Caritas, Potestas, Vtilitas, Voluntas, Vsus. Secundò substantiuis, quæ partem notant aliquam; ut, Pars Dimidium, Nihil, Aliquid, &c. Vt Cura, Sollicitudo, Memoria vostra, nempe quam uos habetis.

Cura, Sollicitudo, Memoria vestri, quæ de vobis habetur.

Pars tua, quæ tibi debetur ceu portio quædam.

Pars tui. Hoc est, Animus, caput, auris, lingua, manus, pes.

De Sen. Mea est descriptio: puta descripsi.

Parad. Cato autem perfectus mea sententia Stoicus. Id est, ut ego sentio.

Curioni, Sed quia tua voluntas ea videbatur esse. Hoc est, quia sic volebas.

De Fin. Cui proposita est conseruatio sui, necesse est huic partes quoque sui cariores esse, quò perfectiores sint.

Ad Att. Dionysium flagrantem desiderio tui misi ad te.

Ad. Q. F. Nunc decedens, relinque, quæso, quàm iucundissimam memoriam tui.

Vtrumque coniungitur aliquando. Att. Nicias te, ut debet, amat, vehementerque tua sui memoria delectatur.

Cornificio, Grata mihi est uehementer memoria nostri tua.

Aduertat tamen Lector, non in omnibus hoc præceptum obseruari. Nam Possessiua leguntur nonnunquam passiua significatione; ut, crimen meum, vulnus meum, iniuria mea, quæ mihi illata est.

Item imago mea, tua, sua, nostra, vestra, non solùm dicitur, quæ possidetur, sed etiam, quæ refert, & repræsentat.

Ad Luccium, Nec minus enim est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse.

Causa mea, tua, sua, nostra, & vestra tantùm dicitur, non causa mei, tui, sui, nostri, & vestri.

Ad Cassium, Abesse te mea causa molestè fero tua gaudeo.

Ad Tir. Nõ tã mea causa, quàm tua doleo nõ valere.

Aduertat quoque, ipsos genitiuos Pronominum iungi omnibus penè nominibus, & verbis, quæ regunt genitiuum.

I. C. Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui.

Ad Att. Te oro, vt quibus in rebus mei tui indigebunt nostris miserijs, ne desis.

Reciproca.

Primæ personæ in se ipsam transitus fit per idem pronomen; vt, ego mihi sum conscius. Et proximus sum egomet mihi.
Secunda persona simili modo in se ipsam. Tu, qui es tui, tibi conscius.
De Or. Memet mei pœnitet.

Tertiæ personæ in se ipsam transitus fit per Sui, sibi, se, & Suus, sua, suum, quæ semper reflectuntur ad id, quod præcessit in eadem oratione, aut in annexa per copulam. Reminiscitur sui. Nimium sibi placet. Parcet erroribus suis. Rogat, ne se deseras. Cupit, ut suo faueas filio.
De N. Ipse sibi displicet.
De Sen. Athletasque se in curriculo exercentes uideret. De Or. Frater exorauit me ipsum, ut huc secum venirem.

Genitiuus Eius, Ipsius, & Illius vsurpantur loco possessiui reciproci suus, & nonnuquam, interueniente præpositione; vt Petrus cœpit columbam cũ pullis suis, & cũ pullis eius in nido suo, vel eius.
Cùm possessio refertur ad personam secundo logo positã; vt, homo amat Christũ propter bonitatem eius, vel ipsius, potius quàm suam.
Conueni Cæserem ante domum eius.
Cùm verò ad personã primo logo positam, per suus potius; vt, Christus tuetur hominem propter bonitatem suam, potius quàm eius.

Hæc de exigentia Pronominis hactenus.

DE EXIGENTIA ANTERIORE, ET POSTERIORE VERBI.

(†)

VErbum est, quod modos; & tempora habet. Et id duplex est: Personale; quod habet distinctos numeros, & personas: Et Impersonale, quod caret numeris, & personis.

Verbum Personale diuiditur in quinque genera: Actiuum, Passiuum, Neutrum, Commune; & Deponens. Et regit ab anteriore, & à posteriore. Ab anteriore casum regit vnum: Nominatiuum. Et quinque casus à posteriore: Nominatiuum, Genitiuu, Datiuum, Accusatiuum, & Ablatiuum.

Cùm de exigentia anteriore Verbi Personalis dictum sit in congruentia nominatiui cum verbo, deinceps de posteriore dicendum erit.

DE EXIGENTIA POSTERIORE VERBI ACTIVI.

VErbum Actiuum est, quod in O desinens, facit ex se passiuum in Or; vt, Amo, Amor.

Eius species sunt sex: Actiua simplicia, Possessiua, Acquisitiua, Transitiua, Effectiua, Separatiua.

Prima species.

Accusatiuus post Verba Actiua simplicia.

Casus à tergo quartos hac verba requirunt:
Diligo, amo, celebro, laudoque, extollit, & effert,
Inuenio, reperit, contemno, negligo, sperno,
Despicioque, gero, porto, veho, fertque, guberno,
Curo, rego, perdo, iacio, colo, laxat, honoro,
Tangit, habet, placo, religo, noto, pronoco, verrit,
Decipio, fallo, cogit, probo, torqueo, terret,
Obtrunco, supero, vinco, iuuat, adiuuo, nosco,
Offendo, lædo, teneo, puto, indico, censet,
Expecto, capio, sumo, cano, canto, relinquo,
Cerno, videt, fastidit, ago, facit, apparo, quærit,
Formido, metuo, timeo, desiderat, opto,
Verberat, & cædo, genero, parit, occupo, mordet,
Consulit, occido, neco, saucio, vulnero, duco,
Acquiro, foueo, fugio, lego, recreo, finit.

VErba Actiua simplicia post se accusatiuũ postulant. ad Att. Pompeius amat nos, carosque habet. de N. Taurus vexit Europam. de Am. Bonos boni diligunt.

Diligo, diligis, dilexi, dilectum:
Amo, amas, amaui, amatum: } per amare.

Celebro, as, atum:
Laudo, as, aui, atum: } per lodare.

Extollo, extollis, extuli, elatum:
Effero, effers, extuli, elatum: } per inalzare.

Inuenio, inuenis, inueni, inuentũ : } per ritrouare.
Reperio, reperis, reperi, repertũ :
Contẽno, cõtẽnis, cõtẽpsi, cõtẽptũ: } per disprezzare.
Negligo, negligis, neglexi, neglectũ:
Sperno, spernis, spreui, spretum :
Despicio, despicis, despexi, despectũ:
Gero, geris, gessi, gestum : } per portare.
Porto, as, aui, atum :
Veho, vehis, vexi, vectum :
Fero, fers, tuli, latum :
Guberno, as, aui, atum : } per gouernare.
Curo, as, aui, atum :
Rego, regis, rexi, rectũ: (rouinare.
Perdo, perdis, perdidi, perditum : per perdere, e
Iacio, iacis, ieci, iactum: per lanciare, tirare.
Colo, colis, colui, cultum : per adorare, riuerire.
Laxo, as, aui, atum : per allentare.
Honoro, as, aui, atum : per honorare.
Tango, tangis, tetigi, tactum : per toccare.
Habeo, habes, habui, habitum : per hauere.
Placo, as, aui, atum : per placare, racchettare.
Religo, as, aui, atum : per legare.
Noto, as, aui, atum : per notare.
Prouoco, as, aui, atum : per irritare, prouocare.
Verto, vertis, verti, versũ: per voltare.
Decipio, decipis, decepi, deceptum; } per igãnare.
Fallo, fallis, fefelli, falsum:
Cogo, cogis, coegi, coactum : per costringere.
Probo, as, aui, atum: per lodare, probare. (tare.
Torqueo, torques, torsi, tortũ: per torcere, tormẽ-
Terreo, terres, terrui, territum : per spauentare.
Obtrũco, as, aui, atũ: per tagliare à pezzi, trõcare.
Supe-

Supero, as, aui, atum: }
Vinco, vincis, vici, victum : } per vicere, superare.
Iuuo, iuuas, iuui, iutum : }
Adiuuo, adiuuas, adiuui, adiutum: } per giouare.
Nosco, noscis, noui, notum: per conoscere.
Offēdo, offēdis, offēdi, offēsum: per offēdere, ritrouare.
Lædo, lædis, læsi, læsum: pro offendere.
Teneo, tenes, tenui, tentum: per tenere.
Puto, as, aui, atum : }
Iudico, as, aui, atum : } per giudicare.
Censeo, censes, censui, censum : }
Expecto, as, aui, atum: per aspettare.
Capio, capis, cœpi, captum: }
Sumo, sumis, sumpsi, sumptum. } per pigliare.
Cano, canis, cecini, cantum : }
Canto, as, aui, atum. } per cantare.
Relinquo, relinquis, reliqui, relictū : per lasciare.
Cerno, cernis, creui, cretum: }
Video, vides, vidi, visum : } per vedere.
Fastidio, idis, idiui, iditū: per hauer in fastidio.
Ago, agis, egi, actum : }
Facio, facis, feci, factum : } per fare.
Apparo, as, aui, atū: per mettere la cosa appūto.
Quæro, quæris, quæsiui, quæsitum: per cercare.
Formido, as, aui, atum : }
Metuo, metuis, metui, c. s. } per temere.
Timeo, times, timui, c. s. }
Desidero, as, aui, atum : }
Opto, as, aui, atum : } per desiderare,
Verbero, as, aui, atum: per battere, bastonare.
Cœdo, cœdis, cœcidi, cœsum : per ferire.
Genero, as, aui, atum : per generare.

Pario, paris, peperi, partū: per partorire, acquistare.
Occupo, as, aui, atum : per occupare, vsurpare.
Mordeo, mordes, momordi, morsū: per morsicare.
Consulo, sulis, sului, sultum: per domādare cōsiglio.
Occido, occidis, occidi, occisum :
Neco, necas, necaui, necatum : } per vccidere.
vel necui, nectum :
Saucio, as, auis atum :
Vulnero, as, aui, atum : } per ferire, impiagare.
Duco, cis, xi, ctum : per prēdere moglie, guidare.
Acquiro, quiris, quisiui, quisitū: per acquistare.
Foueo, foues, foui, fotum: per couare, tener in seno.
Fugio, fugis, fugi, fugitum : per fuggire.
Lego, legis, legi, lectum : per leggere.
Recreo, as, auis, atum : per ricreare.
Finio, finis, finiui, finitum: per finire, compire.

Appendix.

Iuuo, & Adiuuo præter proprium casum admittunt vel hos: Quid, Aliquid, Att. Non quo me aliquid iuuare posses. Vel ablatiuum cum prepositione, IN. Eidem. Et in eo ego te adiuuabo.

Video aliquando ablatiuum cum DE admittit, & significat Curo. ad Brutū, Sed de hoc tu videris. pro Rosc. Amer. De Capitone post uiderimus.

Timeo casusus varios habet: Datiuū. Quint. Frat. Familiarissimus quisque sibi timuit. Id est, veritus est, nequid mali sibi accidat.

Accusatiuum. Lentulo, Nihil magis quàm perfidiam timemus.

Ablatiuum cum A, vel Ab. pro Syl. A quo quidē genere iudices ego nunquam timui.

Et

Et Ablatiuum cum DE. ad Trebatium, De te timueram.

Consulo accusatiuo personæ iunctum, significat Peto consilium. Verroni, Iam vos consulo Iudices, quid mihi faciendum putetis.
In hac quoque significatione eidem accusatiuo addi potest cum DE ablatiuus. Br. Quod me de Antonio consulis, puto.
Vel alter accusatiuus huius generis neutri: Hoc, Istud, Illud, Id. Att. Nec te id consulo.
Consulo verò datiuo tam personæ, quàm rei iunctum Nerrum est; & significat Prouideo, seu Prospicio. Trebat. Ego tibi ab illo consuli mallem. Idest, mallem quòd ille prouideret tibi.
Ad Marcell. Tuum est consulere temporibus, & incolumitati, & vitæ, & fortunis tuis. Hoc est, prouidere, seu prospicere.

Facio cum genitiuo Æqui boni, vel æqui boni que significat In bonam partem accipio. ad Att. Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istud æqui, boni que facit.
Sed cũ his genitiuis: Tanti, Quanti, Magni, Maximi, Plurimi, Minimi, Flocci, Nihili connotat Æstimo. ad App. Quanti pompeium, quem vnum facio, vt debeo, plurimi, quanti Brutum facerem.

Secunda species.

Genitiuus cum Accusatiuo post Verba Actiua possessiua.

Cum

Cum quarto patrium verbis coniungimus hiſce:
Impleo, vendit, emo, redimo, venundo, reuendo,
Arguit, accuſo, reprehendo, poſtulo, defert,
Commonet, admoneo, conuinco, redarguo, pendo,
Æſtimat, atque loco, conduco, punio, plecto,
Caſtigo, mulcto, damno, condemnoque, culpo.

VErba Actiua poſſeſſiua poſt ſe genitiuum cum accuſatiuo exigunt. ad Papyrium Pætum, Sed quando, vt uideo, æſtimationes vendere non potes, neque ollam denariorum implere.

Off. Vendo meum non pluris, quàm cæteri fortaſſe etiam minoris.

Pro Syll. Qui alterum coniurationis accuſet.

Impleo, imples, impleui, impletum: per empire.
Vendo, vendis, uendidi, uenditum: per vendere.
Emo, emis, emi, emptum: per comperare. (rare.
Redimo, redimis, redemi, redemptū: per ricōpe-
Venundo, venundas, venundedi, venundatum: per dare à vendere.
Reuēdo, reuēdis, reuēdidi, reuēditū: per riuendere.
Arguo, arguis, argui, argutum: } per riprēdere.
Reprehendo, hendis, hendi, henſū: } per riprēdere.
Accuſo, as, aui, atum: } per accuſare.
Poſtulo, as, aui, atum: } per accuſare.
Defero, defers, detuli, delatum: } per accuſare.
Commoneo, nes, nui, nitum } per amonire, auertire.
Admoneo, nes, nūi, nitū: } per amonire, auertire.
Conuinco, cōuincis, cōuici, cōuictū: per cōuincere
Redarguo, guis, gui, gutum: per riprendere.
Pendo, pendis, pependi, penſum: } per ſtimare.
Æſtimo, as, aui, atum: } per ſtimare.

Loco,

Loco, as, aui, atum : per dare à pigione, ò affitto, & dare à fare.
Conduco, conducis, conduxi, conductum : per pigliare à pigione, affitto, & à fare.
Punio, punis, puniui, punitum :
Plecto, plectis, plexi, plectum, vel plexui, plexum.
Mulcto, as, aui, atum.
} per punire.
Castigo, as, aui, atum : per castigare.
Damno, as, aui, atum :
Condemno, as, aui, atum :
} per condannar.
Culpo, as, aui, atum : per incolpare.

Appendix.

Impleo etiam cum ablatiuo, & præpositione DE reperitur. de D. Tuis oraculis Chrysippus totum volumen impleuit.
Att. De quibus rebus volumina sunt impleta, à Chrysippo.

Admoneo, & Commoneo ablatiuum cum præpositione DE aliquando petunt. pro lege Manil. De quo vos paulò ante inuitus admonui.
I. V. Te neque præsens filius deliberorum caritate, neque absens pater de indulgentia patria commonebat.
Aliquando geminum accusatiuum. Att. Illud me præclarè admones.

Genitiuus criminis, præcipuè cum verbis, Accuso, Arguo, Defero, Reprehendo, Postulo, Damno, Condemno in ablatiuũ cum præpositione DE mutari potest. Att. Non committam post hac, vt me accusare de epistolarum negligentia possis.

De

De In. Negari oportebat de vita eius, & moribus quæri: sed de eo crimine, quo de arguatur.
Pro S. R. Nomina filiorū de parricidio delata sunt.
Att. Sestius ab iudice Gn. Nerio Pupinia de ambitu est postulatus.
Ver. Quod in Marco Attilio, qui de maiestate dānatus est, hoc planum factum est, eos pecuniam ob rem iudicandam accepisse.
Ph I. Cuius etiam familiares de vi cōdemnati sunt.
In verbis Accuso, Reprehendo elegantiùs dicitur, Accusare, Reprehendere alicuius negligentiam, inertiam, perfidiam, &c. quàm aliquem negligentiæ, inertiæ, perfidiæ, vel de negligentia, inertia, perfidia. ad Q. F. Nam quòd inertiam accusas adolescentium.

Verbis Accusandi interdū ablatiuus additur cum præpositione IN. Ad eundem, Primùm me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso.

Hoc nomen CRIMEN in ablatiuo sine præpositione poni gaudet. I. V. Te hoc crimine arguo. Dicimus etiam, capite damnare, punire, plectere aliquem. ad He. At eū vos iurati capite damnastis.

Pretium ablatiuo casu efferri solet. Verr. Eodē tempore Antonius tribus denarijs æstimauit post messem. Hic Cicero de frumento loquitur.
Eidem, Vendere aliquid paruo pretio.
Reperitur etim, Magno, Permagno, Paruo, Plurimo, Minimo sine pretio. Eidem, Cur igitur Mettello non ita magno vendidisti?
Eidem, Tu ista permagno æstimas?
Eidem, Excogitare nō poterat, queadmodū plurimo vendere.

Exci-

Excipiuntur Tantum, Quantum, Plus Minus cum compositis quæ in genitiuo reponi gaudent. Off. Emit homo cupidus, & locuples tanti, quanti Pythius voluit.
Ibidem, Vendo meum non pluris, quàm cæteri, fortasse etiam minoris.
I. V. Qùd quisque vehere iussus esset, vbi tantidē frumentum emeres, quanti domi vendidisset.

Tertia Species.

Datiuus cum Accusatiuo post Verba Actiua acquisitiua.

His verbis ternum cum quarto aptare solemus:
Promitto, spondet, tribuo, do, præbeo, dono,
Impendo, tra do, præpono, comparat, offert,
Vendicat, ascribo, soluit, dicat, assero, mitto,
Dico, refert, narro, subigo, concedo, remitto,
Arrogat, assummo declaro, præcipit, addo,
Explicat, ostendo, demonstro, commodo, reddo.
Significo, prodo, memoro, demulceo, credo,
Obijcit, oppono, scribo, conduplico, lego,
Exprobro, committo, mando, iubet, impero, pando,
Præficit, illido, commendo, nunciat, abdo.

VErba Actiua acquisitiua post se datiuū cum accusatiuo admittūt. pro Cel. Promitto hoc uobis.
De N. Rationem hominibus Dij dederunt.
Ibidē, Aer spiritum præbet animantibus.

Pro-

Promitto, mittis, misi, missũ: } per promettere.
Spõdeo, spõdes, spopõdi, spõsũ:
Tribuo, tribuis, tribui, tributum: } per dare.
Do, das, dedi, datum :
Præbeo, præbes, præbui, præbitũ: per dare ĩ potestà.
Dono, as, aui, atum : per donare.
Impẽdo, ĩpẽdis, ĩpẽdi, ĩpẽsum: per dare, e spẽdere.
Trado, dis, didi, ditũ: per darsi in tutto, & in potestà.
Præpono, ponis, posui, positũ: per anteporre.
Comparo, as, aui, atum: per assimigliare.
Offero, offers, obtuli, oblatum : per offerire.
Vendico, as, aui, atum : } p appropriare.
Ascribo, ascribis, ascripsi, ascriptũ:
Soluo, soluis, solui, solutũ: per sciogliere, e pagare.
Dico, as, aui, atum : per consacrare.
Affero, affers, attuli, allatum: per apportare.
Mitto, mittis, misi, missum : per mandare.
Dico, dicis, dixi, dictum : per dire.
Refero, refers, retuli, relatum: per riportare, dire.
Narro, as, aui, atum : per raccontare.
Subigo, subigis, subegi, subactum: per constringere.
Cõcedo, cõcedis, cõcessi, cõcessum: per cõcedere.
Remitto, mittis, misi, missũ: per rimãdar indietro.
Arrogo, as, aui, atum : } per attribuirsi.
Assumo, assumis, assũpsi, assũptũ:
Declaro, as, aui, atum: per dichiarare, mostrare apertamente.
Præcipio, præcipis, præcepi, præceptum: per insegnare, e comandare.
Addo, addis, addidi, additum: per aggiungere.
Explico, as, aui, atum,
vel explicui, explicitum: per spiegare.

Osten-

Oſtendo, oſtẽdis, oſtẽdi, oſtẽſum:
Demonſtro, as, aui, atum : } per dimoſtrare.
Commodo, as, aui, atum : per preſtare. (tuire.
Reddo, reddis, reddidi, redditum: per rendere, reſti-
Significo, as, aui, atũ: per ſignificare, dare ad ĩtẽdere.
Prodo, prodis, prodidi, proditum : per manife-
ſtare, tradire.
Memoro, as, aui, atum : per ricordare.
Demulceo, demulces, demulſi, demulſum : per
toccare gentilmente. (dare.
Credo, credis, credidi, creditũ: per cõmettere, fi-
Obijcio, obijcis, obieci, obiectum : per gettare
in occhio, buttare contra.
Oppono, opponis, oppoſui, oppoſitũ: per opporre.
Scribo, ſcribis, ſcripſi, ſcriptum ; per ſcriuere.
Conduplico, as, aui, atum: per raddoppiare.
Lego, as, aui, atum : per laſciare in teſtamento, ò
mandare ambaſciatore.
Exprobo, as, aui, atum : per rinfacciare. (tere.
Cõmitto, cõmittis, cõmiſi, cõmiſſum:
Mando, as, aui, atum : } per cõmet-
Iubeo, iubes, iuſſi, iuſſum:
Impero, as, aui, atum : } per comandare.
Pando, pandis, pãdi; pãſum: per aprire, maniſeſtare.
Præficio, præficis, præfeci, præfectũ : per far ſopra-
Illido, illidis, illiſi, illiſũ: per vrtare, rõpere. (ſtãre.
Commendo, as, aui, atum : per raccomandare.
Nuncio, as, aui, atũ: per auiſare per huomo à poſta.
Abdo, abdis, abdidi, abditum : per naſcondere.

Appendix.

Do, præter accuſatiuum, & datiuum, recipit
non-

nonnunquam alterum datiuum; vt, do tibi hoc laudi,crimini,vitio,culpæ,pignori,fenori, pro S. R. Profectò te intelliges, inopia criminum, summam laudem Sex. Roscio vitio, & culpæ dedisse.
Aliquando etiam, præter ipsum accusatiuum, & datiuum, recipit alterum accusatiuū cum præpositione AD, ad Marcellum, Dederam Q. Mucio literas ad te,
Dono nunc in hac tertia specie, nunc in quinta reperitur, I. C. Vtinam tibi istam mentem Dij immortales donarent.
Pro Ar. Sylla cùm Gallos, & Hispanos ciuitate donasset.
Addo, Mitto, Scribo, Refero, Remitto, Rescribo possunt habere alterum accusatiuum cum AD, datiui loco. Ep. Ad id addideris cumulum.
Att. Quotidie vel potius in singulos dies breuiores literas ad te mitto.
Acad. Cùm scripsisset eisdem de rebus ad L. Censorinum eum, qui Consul cum M. Manilio fuit.
I. V. Referre rationes ad ærarium.
Ep. Volebam ad te Marionem remittere, quem ad me mitteres, cùm &c.
Att. Epistolam, quam ad eum rescripseram.

Quarta Species.

Geminus Accusatiuus post Verba Actiua transitiua.

In duplices casus quartos hæc verba feruntur:

Flagi-

Flagitat, & posco, moneo, rogat, obsecro, celo,
Dedocet, exoro, doceo, tum interrogat, oro.

Verba Actiua transitiua post se duos accusatiuos sibi asciscunt. pro Domo sua, Me frumentum flagitabant.
Tusc. Poposci aliquem causam.
Flagito, as, aui, atum : } per domandare
Posco, poscis, poposci, c. s. }
Moneo, mones, monui, monitum: per ammonire.
Rogo, as, aui, atum: per chiedere, pregare.
Obsecro, as, aui, atum : per pregare strettamente.
Celo, as, aui, atum : per nascondere.
Doceo, doces, docui, doctum : per insegnare.
Dedoceo, dedoces, dedocui, dedoctũ: per insegna-
Oro, as, aui, atum: per pregare. (re male.
Exoro, as, aui, atum: per impetrare pregando.
Interrogo, as, aui, atum : per interrogare.

Appendix.

Flagito, Posco, & Rogo non solùm geminum accusatiuum habent, sed cum vnico accusatiuo ablatiuum, interueniente præpositione A, vel AB. Verr. Flagitat abs te filium.
Att. Non debebam ego abs te has literas poscere.
Memm. Nunc à te illud primum rogabo, ne quid inuitus mea causa facias.

Doceo interdum cũ accusatiuo, & ablatiuo cum præpositione DE ponitur, & denotat Certiorem reddo. de Or. Equidem soleo dare operam, vt de sua quisque re me ipse doceat.

Celo, Interrogo, & Moneo etiam cum accusa-

tiuo ablatiuum cum præpoſitione DE poſtulant.
pro Deiot. De armis, de ferro, de inſidijs celare te voluit.
Parad. Ego te eiſdem de rebus interrogabo.
Att. Extremum eſt; quod te orem, vt ſi putas rectum eſſe, & à te ſuſcipi poſſe cum Camillo communices, vt Terentiam moneas de teſtamento.

Oro, Exoro, & Obſecro poſt accuſatiuum perſonæ, ferè ſubiunctiuū admittunt, intercedente Vt. Eidem, Etiam atque etiam te oro, vt me totum tuendum ſuſcipias.
De Or. Frater exorauit me ipſum, vt huc ſecum venirem.
Pro Qu. Te hoc obſecro, vt &c.

Oro cum ſolo accuſatiuo rei denotat Ago, Dico de Claris Oratoribus, Quo neminem vnquam melius vllam orauiſſe capitis cauſam, cùm ſe ipſe defēderet, ſe audiēte locuples auctor Thucydides.

Quinta Species.

Ablatiuus cum Accuſatiuo poſt Verba Actiua effectiua.

Poſt caſum quartum quærunt hæc verba Latinum:
Exuit, & ſpolio, cingo, tegit, induo, veſtit,
Calceat, educo, alo, nutri, cibat, inquino, fœdat,
Polluo, contamino, maculoque, decorat, & ornat,
Fundo, onero, delet, priuo, leuat, aggrauat, explet,
Expugno, ſaturo, ſatio, premo, munero, lacto,
Exone-

Exonero, figo, polit, suo, congerit, auget,
Oppugno, munit, lacero, lanit, afficit, orbo.

VErba Actiua effectiua post se ablatiuum cum accusatiuo postulant. de N. Natura oculis membranis tenuissimis vestiuit, ac sepsit.
de Cl. Is meam salutem, atque vitam suam beneuolentia, præsidioque texit.
de Vni. Deus expleuit mundum omnibus bonis.
Exuo, exuis, exui, exutum: per spogliare.
Spolio, as, aui, atum : per spogliare rubando.
Cingo, cingis, cinxi, cinctum : per cingere.
Tego, tegis, texi, tectum: per coprire.
Induo, induis, indui, indutum : } per vestire.
Vestio, vestis, vestiui, vestitum: } per vestire.
Calceo, (vel calcio) as, aui, atum: per calzare.
Educo, as, aui, atum : } per allenare, nutrire.
Alo, alis, alui, alitum, vel altum: } per allenare, nutrire.
Nutrio, nutris, nutriui, nutritum: } per allenare, nutrire.
Cibo, as, aui, atum : per dare à mangiare.
Inquino, as, aui, atum: } per imbrattar, macchiare.
Fœdo, as, aui, atum : } per imbrattar, macchiare.
Polluo, polluis, pollui, pollutum : } per imbrattar, macchiare.
Contamino, as, aui, atum : } per imbrattar, macchiare.
Maculo, as, aui, atum : } per imbrattar, macchiare.
Decoro, as, aui, atum : } per abbellire, ornare.
Orno, as, aui, atum : } per abbellire, ornare.
Fundo, fundis, fudi, fusum : per spargere.
Onero, as, aui, atum: per carricare.
Deleo, deles, deleui, deletum: per scancellare.
Priuo, as, aui, atum: per priuare.
Leuo, as, aui, atum : per allegerire, sgrauare.

Aggrauo, as, aui, atum: per grauare.

Expleo, exples, expleui, expletū: per empire à perfettione.

Expugno as, aui, atum: per vincere per forza.

Saturo, as, aui, atum: } per satiare.
Satio, as, aui, atum : }

Premo, premis, pressi, pressum: per premere.

Munero, as, aui, atum: per guiderdonare.

Lacto, as, aui, atum: per lattare.

Exonero, as, aui, atum: per scaricare.

Figo, figis, fixi, fixum: per ficcare.

Polio, polis, poliui, (vel polij) politum: per polire.

Suo, suis, sui, sutum: per cusire.

Congero, cōgeris, cōgessi, cōgestū: per cōgregare.

Augeo, auges, auxi, auctum: per accrescere.

Oppugno, as, aui, atum: per dare la battaglia.

Munio, munis, muniui, munitū: per guarnire, e fortificare.

Lacero, as, aui, atum: per stracciare.

Lanio, as, aui, atum: per tagliare à pezzi.

Afficio; afficis, affeci, affectum: per disponere, inducere; vt, afficio vos, vt virtuti incūbatis: iunctum cū ablatiuo significationem accipit ab ipso; vt, afficio vos honore .i. honoro: laude. i. laudo: amore, odio, lætitia, &c. ad Marcellū, Maxima lætitia afficior.

Orbo, as, aui, atum: per priuare di cose care.

Appendix.

Induo, & Exuo voce actiua, cum solo accusatiuo leguntur frequentiùs. Att. Quare talaria induamus. Pro Lig. Nonne omnem humanitatem exuisses? Voce autem passiua cum ablatiuo. de N. Dij induti specie humana. Tusc. Mens exuta vitijs.

Inter-

Interdum cum accusatiuo, & datiuo. de Fin. Ex eius spolijs sibi & torquem, & cognomen induit,

Sexta Species.

Ablatiuus cum præpositione A, vel AB, præter accusatiuum, post verba Actiua separatiua.

Post quartum his verbis dat præpositura Latinum:
Exigo, pello, fugo, secerno, diuidit, arcet,
Amouet, euello, cognosco, intelligit, audit,
Accipio, recipit, moueo, trahit, excito, disco,
Eruit, eripio, libero, petit, eijcit, haurit,
Detorquet, rapio, seiungo, præripit, aufert.

VErba Actiua separatiua post se ablatiuum cum præpositione A, vel AB, præter accusatiuum postulant. I. V. A ciuitatibus pro frumēto pecunias exegerunt.

Pro Dom. Clod. Pecunias cōsulares à Senatu abstulit. Ep. Hunc ego à Cæsare liberaui.

Exigo, exigis, exegi, exactum : per riscuotere.

Pello, pellis, pepuli, pulsum : } per scacciare.
Fugo, as, aui, atum :

Secerno, secernis, secreui, secretum: } per spartire.
Diuido, diuidis, diuidi, diuisum :

Arceo, arces, arcui, c. s. quāuis in cōpositis dicatur exercitū, rarò autē arcitū dicitur: } per rimouere.
Amoueo, amoues, amoui, amotū:

Euello, euellis, euelli, vel euulsi, euulsum: per scarpire, sbarbare.

Cognoſco, cognoſcis, cognoui, cognitum: per conoſcere, intendere.
Intelligo, intelligis, intellexi, intellectũ: per ĩtẽdere.
Audio, audis, audiui, auditum: per vdire.
Accipio, accipis, accepi, acceptum: per riceuere, & intendere.
Recipio, recipis, recepi, receptum: per riceuere.
Moueo, moues, moui, motum: per mouere.
Traho, trahis, traxi, tractum: per tirare.
Excito, as, aui, atum: per ſuegliare.
Diſco, diſcis, didici, c. s. per imparare.
Eruo, eruis, erui, erutum:
Eripio, eripis, eripui, ereptum: per liberare.
Libero, as, aui, atum:
Peto, petis, petiui (vel petij) petitũ: per domãdare.
Eijcio, eijcis, eieci, eiectũ: per gettar fuori.
Haurio, hauris, hauſi, hauſũ, vel hauſtũ: per cauar fuori.
Detorqueo, detorques, detorſi, detorſum, & detortum: per torcere, piegare.
Rapio, rapis, rapui, raptum: per togliere, rubare.
Seiungo, ſeiungis, ſeiunxi, ſeiunctũ: per diſgiungere.
Præripo, præripis, præripui, præreptum: per togliere innanzi.
Aufero, aufers, abſtuli, ablatum: per toglier via.

Appendix.

Accipio, Audio, Cognoſco, Intelligo, Diſco, & maximè ea verba, quæ è præpoſitione EX componũtur, vt Expello, Exigo, præpoſitionẽ ipſam repetunt. Cel. Ea certiſſima putabo, quæ ex te cognoro. De Fin. Omnibus ex rebus voluptatem quaſi mercedem exigit.

Audio quoque cum DE præpositione legitur. pro Corn. Audiui hoc de patre meo puer.

Eripio, Præripio, Aufero datiuum cũ accusatiuo quoque admittunt. I. C. Hũc mihi timorẽ eripite. Off. Præripuit collegis gratiam.
Ep. Siquem tibi diem abstulerit.

Recipio cum accusatiuo potest datiuũ sibi asciscere, quando connotat Promitto. Att. Lenas hoc mihi receperat.

DE EXIGENTIA POSTERIORE VERBI PASSIVI.

VErbum Passiuum est,quod in OR desinens, ab Actiuo formatur, vt Amo, addita R, fit Amor.

Ablatiuus cum præpositione A, vel AB post Verba Passiua.

A, vel AB affixis, quærunt Passiua Latinum,
Pro quo vsu veniet casus quandoque datiuus.

VErba Passiua quærunt post se ablatiuum cum præpositione A, vel AB. Off. Nec viui probantur à bonis.
Ad Lent. Neque à me vlla res,quæ ad te pertineat, negligetur.

Nonnunquam dandi casum pro auferendi admittunt. de Cl. Auditus est nobis Lælij Caij filij sæpe sermo.

Submonitio.

Qui quidem ablatiuus fit ex nominatiuo Verbo-

rum Actiuorum, & nominatiuus ex accusatiuo; vt, magister verberat discipulum : discipulus verberatur à magistro.

Alius verò casus, quem habent Actiua Verba in vna quaque specie post accusatiuū, integer manet. I. V. Næuius iniuriarum damnatus est.
Att. Intellexi ex tuis literis, te ex Turamnio audisse, à me prouinciam fratri traditam.
De Am. Nec ea, quæ ab ea monemur, audimur.
Et sic de reliquis intelligitur.

Nominatiuus post Verba Vocandi, & iudicij.

Hæc hærent rectis : existimor, atque putatur,
Nuncupor, apellor, dicor, vocor, atque, videtur,
Inscribor, fertur, credor, cognoscor, habetur.

VErba Vocandi, & iudicij post se nominatiuum postulant. de Or. Semper fuisse dicuntur vno tēpore, qui sapientes, & haberentur, & vocarentur.
Pro Rosc. Amer. Parùm putantur cauti.
De Off. Liber, qui inscribitur Lælius.
Existimor, aris, atus sum:
Putor, aris, atus sum : } per esser stimato, giudicato.
Nuncupor, aris, atus sum:
Appellor, aris, atus sum :
Dicor, diceris, dictus sum:
Vocor, aris, atus sum: } per esser chiamato.
Inscribor, īscriberis, īscriptus sū : per esser ītitolato.
Feror, ferris, latus sum: per esser detto.
Credor, crederis, creditus sum : per esser creduto.

Cogno-

Cognoſcor, eris, tus ſum : per eſſere conoſciuto.
Habeor, haberis, habitus ſum : per eſſer tenuto.

DE EXIGENTIA POSTERIORE VERBI NEVTRI.

VErbum Neutrum eſt, quod in I, vel VM, vel O deſinens, nec eſt Actiuum, nec Paſſiuum; vt Memini, Sum, Seruio.

Species Verborum Neutrorum ſunt Septem; ſcilicet, Neutra ſimilium Copulatiua, Poſſeſſiua, Acquiſitiua, Tranſitiua, Effectiua, Neutra Paſſiua, & Abſoluta.

Prima Species.

Nominatiuus poſt Verba Neutra ſimilium Copulatiua.

Hæc à poſteriore ſolent admittere rectum:
Euado, apparet, viuo, ſum, exiſtit, & extat.

VErba Neutra ſimilium copulatiua nominatiuum à tergo petunt. ad Apol. Lucius Noſtius Zoilus eſt cohæres meus.

Ad Att. Ego viuo miſerrimus.

Euado, euadis, euaſi, euaſum: per diuentare.
Appareo, appares, apparui, apparitũ: per apparere.
Viuo, viuis, vixi, victum: per viuere, campare.
Sum, es, fui: per eſſere.
Exiſto, exiſtis, extiti: per apparere.
Exto, extas, extiti, extitum, & extatum: per ſtare.

Appen-

Appendix.

Sum, Genitiuo iungitur quinque modis. Primo, quando ſignificat poſſeſſionem. Cel. Iam me Pompeij totum eſſe ſcis.

Secundo, quando denotat laudem, vel vituperationem. Oct. Marcus Antonius vir ſapientis conſilij fuit. Cuius loco aliquando ponitur ablatiuus. in Bruto, Summo iſte quidem ingenio dicitur fuiſſe. contra Rull. Quem ueſtrum tam tardo ingenio fore putauit?

Tertio, quando nullum habet nominatiuum, ſed genitiuum cum infinitiuo, & ſignificat Intereſt. pro leg. Manil. Hominis ingenui eſt bene velle.

Quarto, quando accipitur pro Valet. Caſs. Magni erunt mihi tuæ literæ.

Quinto, quando manſionem ſignificat. Marcell: Nonne mauis ſine periculo tuæ domi eſſe, quàm cum periculo alienæ?

Sum, Datiuo etiam iungitur, & connotat Habeo. P. Silio, Cum P. T. Hyſpone, qui operas in ſcriptura pro magiſtro dat, mihi ſumma familiaritas, conſuetudoque eſt.

Duobus datiuis, pro Dat, vel Afficit. Off. Aliter ampla domus dedecori domino ſæpe fuit.

Datiuo, & Infinitiuo ſine nominatiuo. Tiron. Spero ex tuis literis tibi melius eſſe.

Secunda Species.

Genitiuus poſt Verba Neutra poſſeſſiua.

A ter-

A tergo patrios egeo, memini, indiget, optant.

VErba Neutra possessiua post se interrogandi casum postulant. Att. Egeo consilij.

De Fin. Viuorum memini, nec mortuorum obliuisci possum.

Philipp. Hoc bellum indiget celeritatis.

Memini, meministi, meminit, c. s. per ricordarsi.

Egeo, eges, egui, c. s. per hauer bisogno.
Indigeo, indiges, indigui, c. s.

Appendix.

Memini, pro Recordor, petit vel genitiuum, vel accusatiuum. Att. Omnia meminit Scyron Epecuri dogmata.

Pro Mentionem facio, siue Recordor postulat vel genitiuum, vel abiatiuum cum DE præpositione. Eid. Sed de Erote meminero, & de omnibus.

Egeo, & Indigeo auferendi casum sibi nonnunquam ascifcunt. de Cl. C. Macer auctoritate semper eguit.

Pro Q. R. Bona exercitatione indiget mea adolescentia.

Tertia Species.

Datiuus post Verba Neutra acquisitiua.

Hæc casum sibi verba solent ascisccre ternum:
Seruio, deseruit, placeo, tum displicet, obsum,
Officio, noceo, contingo, conuenit, adsum,

Obui-

Obuiat, occurro, parco, præit, accido, fido,
Confido, caueo, benedico, satisfacit, insto,
Imminet, impendet, præsto sum, plaudo, parento,
Obuenit, obtingo, nubo, fauet, effluo, resto,
Detrahit, obtrecto, maledico, debet, adhæret,
Hæret, inhæret, auet, studeo, asto, sufficit, obsto,
Asculto, obedit, parco, diffido, supersum,
Consulo, prospicio, prosum, procedo, resisto.

VErba Neutra acquisitiua post se datiuũ exigũt, pro Pl. Reipublicæ seruiui sẽper, nunquã mihi. Pro Syl. Si officia mea, si operæ, si vigilæ deseruiunt amicis, & præsto sunt omnibus.
Att. Meum mihi placebat, illi suum.
Seruio, seruis, seruiui, seruitum: per seruire.
Deseruio, uis, uiui, uitũ: per seruire diligẽtemẽte.
Placeo, places, placui, placitum: per piacere,
Displiceo, displices, displicui, displicitũ: per dispiacere.
Obsum, obes, obfui, c. s.
Officio, officis, offeci, offectum: } per nuocere.
Noceo, noces, nocui, nocitum:
Contingo, contingis, cõtigi, contactũ: per aduenire.
Conuenio, cõuenis, cõueni, cõuẽtũ: per conuenire.
Adsum, ades, adfui: : per trouarsi presente.
Obuio, obuias, obuiaui, obuiatum: per incontrare.
Occurro, occurris, occurri, occursũ: per incõtrarsi.
Parco, parcis, peperci, parcitum: per perdonare.
Parco, parcis, parsi, parsum : per sparagnare.
Præeo, præis, præiui, præitum: per andare innanzi.
Accido, accidis, accidi, accasum : per aduenire.
Fido, fidis, fisus sum: } per fidarsi.
Confido, confidis, confisus sum:

Caueo

Caueo, caues, caui, cautum : per guardarſi.
Benedico, dicis, dixi, dictum: per benedire.
Satisfacio, facis, feci, factum : per ſodisfare.
Inſto, inſtas, inſtiti, c.s. }
Immineo, immines, imminui, c.s. } per ſopraſtare.
Impédeo, impédes, impédi, impéſũ: }
Præſto ſum, præſto es, præſto fui : per eſſere preſente, ò apparecchiato.
Plaudo, plaudis, plauſi, plauſum : per far plauſo, moſtrare allegrezza con geſti.
Obuenio, obuenis, obueni, obuentũ: } per accadere
Obtingo, obtingis, obtigi, c. s. } per ſorte.
Nubo, nubis, nupſi, vel nupta ſum: per maritarſi, ad fœminas refertur.
Faueo, faues, faui, fautum: per fauorire.
Effluo, effluis, effluxi, effluxum, per dimenticare.
Reſto, reſtas, reſtiti, reſtitum: per reſtare.
Detraho, detrahis, detraxi, detractũ: } per dir male.
Obtrecto, as, aui, atum: }
Maledico, dicis, dixi, dictum : per maledire.
Debeo, debes, debui, debitum : per eſſer obligato.
Adhæreo, adhæres, adhæſi, adhæſũ: }
Hæreo, hæres, hæſi, hæſum: } per accoſtarſi.
Inhæreo, inhæres, inhæſi, inhæſum: }
Aueo, aues, c. p. & s. per venire appetito.
Studeo, ſtudes, ſtudui, c. s per ſtudiare, fauorire.
Aſto, aſtas, aſtiti, aſtatum: per ſtar vicino.
Sufficio, ſufficis, ſuffeci, ſuffectum: per baſtare.
Obſto, obſtas, obſteti, obſtitum: per impedire.
Aſculto, as, aui, atum : }
Obedio, obedis, obediui, obeditum: } per obedire.
Pareo, pares, parui, paritum: }

Diffi-

Diffido, diffidis, diffiſus ſum: per diffidarſi.
Superſum, ſuperes, ſuperfui: per ſouerchiare.
Conſulo, cóſulis, cóſului, cóſultum: } per pro-
Proſpicio, proſpicis, proſpexi, proſpectũ: } uedere.
Proſum, proes, profui: per giouare. (zi.
Procedo, procedis, proceſſi, proceſſũ; per ãdare inã-
Reſiſto, reſiſtis, reſiſti, c. s. per fare reſiſtenza.

Appendix.

Caueo accuſatiuum nonnunquam admitti t pro Vito, ſeu Fugio: tunc eſt Actiuum, & format paſſiuum in OR. de Fin. Nemo pius eſt, qui pietatẽ caueat. Alibi, Simile vitium geſtu, motuque caueatur. Ablatiuum aliquando cum præpoſitione A, vel AB. de Fin. Monuerunt, à veneno vt caueret.

Nubo non ſolùm datiuum admittit, de D. Virgo nupſit ei, cui Cæcilia nupta fuerat.
Sed etiam ablatiuũ, mediante præpoſitione CVM. Top. Cùm mulier fuiſſet nupta cum eo, cui connubij ius non eſſet.

Detraho, ſi vltra datiuum accuſatiuo iungatur, ſignificat Aufero. App. Siquid fortuna tibi detraxit.

Studeo datiuum rei habet, pro Operam do. de Or. Cui rei, cui glorię, cui virtuti ſtudes?
Datiuum perſonæ, pro Faueo. pro Cel. Studuit Catilinæ, cùm iam aliquot annos eſſet ĩ foro Celius. Accuſatiuum, pro Cupio. de Fin. Vt id ipſum, quod ſtudet, facere poſſit ornatius.

Obedio, præter datiuum, accuſatiuum cum præpoſitione AD aliquando ſibi aſciſcit. pro Cel. De Seruulis noſtris conceſſerimus, vt ad verba vobis obediant, obtemperent,

Quar-

Quarta Species.

Accusatiuus post Verba Neutra transitiua.

Accusatiuum verbis coniungimus hisce:
Consero, findit, aro, fodio, sero, semino, tundo,
Misceo, scindo, meto, sicco, putat, incido, purgo,
Mundat, edo, sapio, gusto, poto, glomero, texo,
Stercoro, lætifico, cæno, bibit, amputo, condo,
Olfacit, absorbet, redolet, molit, insero, verro.

VErba Neutra transitiua post se accusandi casum admittunt. de Nat. Deor. Indus non aqua solùm agros lætificat, sed eos etiam conserit.

Consero, conseris, conseui, consitum: per seminare.
Findo, findis, fidi, fissum: per spezzare, spaccare.
Aro, as, aui, atum: per arare.
Fodio, fodis, fodi, fossum: per zappare.
Sero, seris, seui, satum: } per seminare.
Semino, as, aui, atum: }
Tundo, tundis, tutudi, tusũ, vel tunsũ: per pestare
Misceo, misces, miscui, mistũm: per mescolare.
Scindo, scindis, scindi, scissũ: per rompere, diuidere.
Meto, metis, messui, messum: per mietere.
Sicco, as, aui, atum: per seccare.
Puto, as, aui, atum: per potare.
Incido, incidis, incidi, incisum: per tagliare.
Purgo, as, aui, atum: } per purgare, nettare.
Mundo, as, aui, atum: }

Edo

Edo, edis, (vel es) edi, esum : per mangiare.
Sapio, sapis, sapiui, vel sapij, sapitum, vel sapui : per hauer buon gusto, e sapore.
Gusto, as, aui, atum: per gustare.
Poto, as, aui, atum : per beuere.
Glomero, as, aui, atum : per agliomerare.
Texo, texis, texui, textum : per tessere.
Stercoro, as, aui, atum : } per ingrassare il terreno.
Lætifico, as, aui, atum : }
Cæno, as, aui, atum : per mangiar di sera.
Bibo, bibis, bibi, bibitum : per beuere.
Amputo, as, aui, atum : per mozzare.
Condo, condis, condidi, conditum : per edificare.
Olfacio, olfacis, olfeci, olfactum : per odorare.
Absorbeo, (vel absorbio, is) absorbes, absorbui, absorbitum: per inghiottire.
Redoleo, redoles, redolui, vel redoleui, redoletum: per rendere odore.
Molo, molis, molui, molitum: per macinare.
Insero, inseris, inseui, insitum: per insitare.
Verro, verris, verri, vel versi, versum: per scopare.

Submonitio.

Hæc omnia supradicta verba etiam formant passiuum in tertijs personis utroque in numero tamẽ; vt, terra aratur, & terrę arantur à villicis. de Or. Ager non semel aratus, sed renouatus.

Quinta Species.

Ablatiuus post Verba Neutra effectiua.

His

His verbis casum debes aptare Latinum:
Gaudeo, cum careo, mœret, dolet, ardet, abundo,
Exulto, madeo, pendet, vacat, atque redundo.

VErba Neutra effectiua post se ablatiuũ petunt.
Off. Cũ ĩtellexero, te hoc sciẽtiæ genere gaudere.
De Fin. Cùm omni dolore caret.
Tusc. Nemo .n. mœret suo incommodo.
Gaudeo, gaudes, gauisus sum: per allegrarsi.
Careo, cares, carui, caritũ, vel cassũ: per esser di se- (za.
Mœreo, mœres, mœstus sum: per attristarsi.
Doleo, doles, dolui, dolitum: per dolersi.
Ardeo, ardes, arsi, arsum: per ardere, abbrucciarsi d'amore, ò d'odio.
Abundo, as, aui, atum: per abbondare.
Exulto, as, aui, atum: per far festa, star lieto.
Madeo, mades, madui, c. s. per bagnarsi.
Pendeo, pendes, pependi, pensum: per pendere.
Vaco, as, aui, atum: per mancare.
Redundo, as, aui, atum: per abbondare.

Appendix.

Mœreo, & Doleo etiam accusandi casum post u-
lant. Tusc. At illa sicut acerbissimam rem mœret.
ad Terent. Sed mœreo casum huiusmodi. pro Sest.
Quia mecum casum, luctumque doluerunt. in Phi.
Senatum dolent.
Doleo etiam ablatiuum cum præpositione DE admittit. Att. De Atticæ febricula scilicet valde dolui.
Inuenitur etiam Dolet mihi, pro Doleo. ad Brut.
Dolet mihi, quòd tu nunc stomacharis.
Pendeo aliquando ablatiuum habet cum præpo-

 sitione

ſitione A, vel AB, aut EX. Verr. Sagittæ pendebant ab humero. de D. Pendere ex faſcia.
Aliquando genitiuum ſingularis numeri, vel ablatiuum pluralis, pro Crucior, aut animo ſuſpenſus ſum. in Hortenſio, Qui expectat, pendet animi. Tuſc. Quod ſi expectando, & deſiderando pendemus animis, cruciamur, angimur.

Vaco abſolutè aliquando ponitur, & ſignificat Vacuus ſum. Att. Tota domus ſuperior vacat, vt ſcis: hoc puto valde ad rem pertinere.
Vbi apponitur ablatiuus ſignificat (vt prædictum eſt) Careo. Torquato, Nec enim dum ero, angar ulla re: cum omni vacem culpa.
Vaco etiam cum nomine tantùm, ſignificante actionem quandam, ſiue qualitatem adiungimus A prępoſitionem, vt vacas à labore, à ſtudio, ab officio, à bello, à moleſtia, ab occupatione de Diuinat. Tantum huic ſtudio relinquendum, quantum vacabit à publico officio, & munere.

Sexta Species.

Ablatiuus cum præpoſitione A, vel AB poſt Verba Neutra paſſiua.

A, vel AB appoſitis, præeunt hæc verba Latino:
Exulo, cum liceo, fio quoque, vapulo, venit.

VErba Neutra paſſiua poſt ſe ablatiuū cum præpoſitione A, vel AB deſiderant. ad Her. Hic venijt à te, antequàm Romam veniret.

Exulo

Exulo, as, aui, atum : per essere sbandito, da cose inanimata, vt exulo ab vrbe.
Liceo, lices, licui, licitum : per esser apprezzato.
Fio, fis, factus sum: per esser fatto.
Vapulo, as, aui, atum: per esser battuto.
Venio, venis, veniui, vel venij, venũ: per esser vēduto.

Septima Species.

Ablatiuus cum præpositione, vel accusatiuus cum præpositione post Verba Neutra absoluta.

Hæc nullum poscunt casum sine præpositura
It, vado, tendo, propero, venit, exeo, pergo,
Ambulat, incedo, redeo, discedit, abitque,
Nauigo, currit, iter facio, cado, salto, recedo,
Transeo, sto, maneo, sedeo, pernocto, quiesco,
Dormio, viuo, cubo, iaceo, commigrat, hibernat,
Æstiuo, residet, remanet, latet atque remigro.

VErba Neutra absoluta, quæ sunt significantia statum in loco, & motum ad locum, à loco, per locum, & locum versus, vel vsque ad locum, post se nullum casum sine officio congruæ prepositionis suscipiunt, præter quam in nominibus vrbium, & alijs aduerbialiter positis, de quibus in huiusce speciei calce agitur. Si significat statũ in loco, ablatiuũ cum IN. Off. Cyrillum quendam suadentem, vt in vrbe maneret. Si denotamus hominẽ, cũ CVM.

Att. Cum Pompeio iam fui.

Si motum ad locum, accuſatiuū cum AD, vel IN. Att. Ire ad arma. pro Cl. In conſilium iri oportebat. Sed ſi refertur ad hominem cum AD, & non IN; quoniam ſignificaret contra. Att. Ad eum poſtridie mane vadebam.

Si motū à loco, ablatiuum aut cum A, vel AB. ad Lentulum, Cum à vobis diſceſſerim, nemo eſt cuius officijs me tam eſt deuinctū confitear. Aut cum DE. De Fin. Diſcedere de ſententia. Aut cum E. I. A. Non modò ille è Gallia non diſceſſit, ſed ne à Mūtina quidem receſſit. Aut cū EX. de Som: Itaque nunquam ex animo meo diſcedit illius optimi viri memoria.

Si motū per locum, accuſatiuum cum PER. Ac. Quædam animalis intelligentia per omnia permaneat, & tranſit.

Si motū locum verſus, vel vſque ad locum, accuſatiuum, & additur altera præpoſitio AD, vel IN, ipſi accuſatiuo caſui ſeruiens; vt, ad vrbem verſus, vel in vrbem vſque ire.

Eo, is, iui, vel ij, itum:
Vado, vadis, vaſi, vaſum: } per andare.
Tendo, tendis, tetendi, tenſū, & tentū:

Propero, as, aui, atum: per andare all'impreſſa.
Venio, venis, veni, ventum: per venire.
Exeo, exis, exiui, vel exij, exitum: per vſcire.
Pergo, pergis, perrexi, perrectūm: per andare.
Ambulo, as, aui, atū: per andare à ſpaſſo, à piacere.
Incedo, ĭcedis, ĭceſſi, ĭceſſū: per andare cō grauità.
Redeo, redis, rediuj, vel redij, reditū: per ritornare.
Nauigo, as, aui, atum: per nauigare.

Diſce-

Discedo, discedis, discessi, discessum:
Abeo, abis, abiui, vel abij, abitum: } per partirsi.
Curro, curris, cucurri, cursum: per correre.
Iter facio, facis, feci, factum: per andare.
Cado, cadis, cecidi, casum: per cadere.
Salto, as, aui, atum: per saltare.
Recedo, recedis, recessi, recessum: per partirsi, ritirarsi.
Trãseo, trãsis, trãsiui, vel trãsij, trãsitũ: per passare.
Sto, stas, steti, statum: per fermarsi, stare.
Maneo, manes, mansi, mansum: per restare.
Sedeo, sedes, sedi, sessum: per sedere.
Pernocto, as, aui, atum: per star di notte.
Quiesco, quiescis, quieui, quietum: per riposarsi.
Dormio, dormis, dormiui, dormitum: per dormire.
Viuo, viuis, vixi, victum: per viuere.
Cubo, cubas, cubui, cubitum:
Iaceo, iaces, iacui, c. s. } per giacere.
Cõmigro, as, aui, atũ: per andar ad habitar altroue.
Hiberno, as, aui, atum: per fare l'inuerno.
Æstiuo, as, aui, atum: per fare l'estate.
Resideo, resides, resedi, resessum: per risedere.
Remaneo, remanes, remansi, remãsũ: per rimanere.
Lateo, lates, latui, latitum: per stare nascosto.
Remigro, as, aui, atum: per ritornare.

DE EXIGENTIA NOMINVM LOCALIVM.

Nomina propria vrbium, & oppidorum primæ, vel secundæ declinationis singularis nume-

numeri, cùm significatur status in loco, in genitiuo collocantur. Ep. Adhuc Romæ maneo, hæc ego suspicans. Att. Eodem die vulgo loquebantur, Antonium mansurum esse Casilini: & ibi constitueram, vt pridie Idus aut Aquini manerem. Si sunt tertiæ, vel pluraliter tantùm declinata, in ablatiuo. Eidem, Sextum nunciauit cum vna sola legione fuisse Carthagine. Eidem, Malo cum timore domi esse, quàm sine timore Athenis tuis. Eidem, Lentulum nostrum scis Puteolis esse.

Cùm significatur motus ad locum, cuiuscunque declinationis, in accusatiuo sine præpositione. Verr. Messanam literas dedit. Att. Epistolas Catinam, Tauromìnum, Syracusas commodiùs mittere potero.

Cùm à loco, vel per locum, in ablatiuo, ad Terentiam, Sin tu iam Roma profecta eris: tamen curabis, vt hoc ita fiat. ad Att. Cùm iter Laodiceo faciebam, has dabam literas.

Cùm versus, vel vsque ad locum in accusatiuo cum versus, & vsque. Ad eundem, Si Romam versus, aut Caietam vsque nauigaro.

Si nominibus proprijs vrbium, & oppidorum addimus adiectiuum: tunc cũ præpositione dicimus. de Am. Si ĩ vberrimis Venetijs diu vixeris. ad Att. Ad opulentum Neapolim cucurrit.

Militia, Domus, Humus, & Rus sequuntur

ipsa

ipſa propria vrbium, & oppidorũ nomina. Tuſcul. Theodori quidem nihil intereſt humine, an ſublime putreſcat. ad Att. Atticam rure eſſe arbitror.

Rus, ſignificans ſtatum in loco, datiuo profertur vſitatiùs, quàm ablatiuo. pro S. R. Ruri ſemper habitant.

Dicimus tamen belli in genitiuo, in loco tantùm. Off. Quibuſcunque rebus vel belli, vel domi potuerunt, Rempublicam augeant.

Domus admittit ſolùm hæc adiectiua, Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra, & Aliena. ad Marcellum, Nonne mauis ſine periculo tuæ domi eſſe, quàm cum periculo alienæ? Cæteris adiectiuis addi debet præpoſitio; vt, in eadem domo eſſe. Item dicitur. Atticò, Clodius in domo Cæſaris quondam vnus vir fuit. Et Eid. Clodius deprehenſus domi Cæſaris. Et I. V. Is domi apud me eſt, &c.

At verò omnia nomina tam propria, quàm appellatiua loci poni poſſunt in ablatiuo, vel accuſatiuo cum præpoſitione.

In loco.	Att. Promitto tibi, ſi valebit, tegulam illũ nullam in Italia relicturum.
Ad locum.	De Som. Cùm in Africam veniſſem.
A loco.	I. V. Ex Sicilia in Africam gradus imperij factus eſt Romanis.
Per locum.	Ibid. Iter per Siciliã facere voluerũt.

Sic etiam propria vrbium, & oppidorum, sed rarò. I. V. Ad Messanam venit. in Catone. Cognomen ab Athenis reportauit.

DE EXIGENTIA POSTERIORE VERBI COMMVNIS.

Sit de iure duplex istis constructio verbis:
Aggredior, cum dimetior, dignatur, & hortor.

VErbum Commune est, quod in OR desinens, non descendit à verbo desinente in O, & habet vtramque significationem actiuam, & passiuam, & vtroque construitur modo. Att. Cum aggredior ancipitem causam.
Ad Nep. ex prisc. Hoc restiterat etiam, vt à te fictis aggrederer donis.

Aggredior, aggrederis, aggressus sum: per assaltare, & esser assaltato.

Dimetior, dimetiris, dimensus sum: per misurare, & esser misurato.

Dignor, aris, atus sum: per riputar degno, & esser riputato degno.

Hortor, aris, atus sum: per confortare, & esser confortato.

Appendix.

Hortor cum his compositis Cohortor, Exhortor, habet alterum accusatiuum cum AD præpositione. de Pr. Hortari milites ad laudem.

Att.

Att. Ipſum tamen Pompeium ſeparatim ad concordiam cohortabor.

De Or. Impellere, & exhortari aliquem ad aliquam artem.

Reperitur tamen Hortor cum ablatiuo cum præpoſitine DE. Ep. Iiſdem igitur de rebus etiam atque etiã hortor, quibus ſuperioribus literis hortatus ſum.

At Dehortor, præter accuſatiuum, admittit ablatiuum, addita præpoſitione A, vel AB. ad Her. Si te ab his dehortabimur.

DE EXIGENTIA POSTERIORE VERBI DEPONENTIS.

VErbum Deponens eſt, quod deſinit in Or, & nõ fit ab actiuo in O, & habet vnam tantùm ſignificationem vel actiuam, vel paſſiuam; vt, Sequor, Orior.

Verborum Deponentium ſunt ſex ſpecies; videlicet, Deponentia Poſſeſſiua, Acquiſitiua, Tranſitiua, Effectiua, Paſſiua, Abſoluta.

Prima Species.

Genitiuus poſt Verba Deponentia poſſeſſiua.

A tergo patrios caſus hęc verba, recordor,
Ac obliuiſcor, potior, miſeretur habebunt.

VErba Deponentia possessiua post se interrogandi casum exigunt. pro Cel. Obliuiscor iniuriarũ, depono memoriam doloris mei.
I. V. Audite quæso iudices, & aliquãdo misereminì sociorum.
Pro Planc. Huius meriti in me recordor.
Recordor, aris, atus sum: per ricordarsi.
Obliuiscor, obliuisceris, oblitus sum: per scordarsi.
Potior, potiris, potitus snm: per impadronirsi.
Misereor, misereris, misertus sum: per hauer misericordia.

Appendix.

Recordor, Obliuiscor, & Potior etiam accusandi casum assumunt. Att. At ego, qui omnia officio meo metior, recordor tua consilia.
De Cl. Curio subito totam causam oblitus est.
I. A. Vincamus odium, pacemque potiamur.
Potior autem non solùm interrogandi, & accusandi casum, sed auferendi sibi asciscit. Offic. Omnì Macedonum gaza potitus est Paulus.

Secunda Species.

Datiuus post Verba Deponentia acquisitiua.

Præstolor, obsequor, ancillor, famulorque refragor,
Aduersor, moderor, tum assentior, atque medetur,
Ominor, auxilior, suffragor, blandior, atque
Irascor, casu cum terno hæc verba cohærent.

Verba

VErba Deponentia acquisitiua post se datiuo gaudent. Att. Ego huic spei, & expectationi, quæ præponitur, maximè tamen volui præstolari in Epeiro.
De Fin. Obsequar igitur voluntati tuæ.
Præstolor, aris, atus sum: per aspettare.
Obsequor, obsequeris, obsecutus sum: per fare à volontà, ò à modo d'altri.
Ancillor, aris, atus sum: } per seruire.
Famulor, aris, atus sum: }
Refragor, aris, atus sum: per dar la voce contra.
Aduersor, aris, atus sum: per contrariare.
Moderor, aris, atus sum: per regolare.
Assentior, assentiris, assensus sum: per acconsentire.
Medeor, mederis, c. p. per medicare.
Blandior, blandiris, blanditus sum: per far carezze.
Auxilior, aris, atus sum: per aiutare.
Suffragor, aris, atus sum: per far fauore.
Ominor, aris, atus sum: per augurare.
Irascor, irasceris, iratus sum: per adirarsi.

Datiuus cum Accusatiuo post Verba Deponentia acquisitiua.

Polliceor, furor, largitur, minitor, atque
Minor, confiteor post quartum iungito ternum:
Gratulor, ac impertitur tamen hisce duobus.

Hæc Verba Deponenria acquisitiua, quæ sequũtur, datiuum cum accusatiuo à tergo volunt. contra Rull. Polliceor hoc vobis.
Off. Qui cuipiam furatur aliquid, aut clã eripit.
Att. Cum rogamur, vt misericordiam liberis eius impertiamur. Polli-

Polliceor, polliceris, pollicitus sũ: per promettere.
Furor, aris, atus sum: per robbare, ablatiuum recipit aliquando cum præpositione A, vel AB. Nam si ego tuum ante legissẽ, furatũ me abs te diceres.
Largior, largiris, largitus sum: per donare.
Minitor, aris, atus sum: } per minacciare.
Minor, aris, atus sum: }
Confiteor, confiteris, confessus sum: per confessare.
Gratulor, aris, atus sum: per congratularsi.
Impertior, impertiris, impertitus sũ: per far parte.

Tertia Species.

Accusatiuus post Verba Deponentia transitiua.

Hæc sibi verba solent quartos admittere casus:
Nanciscor, solor, patior, miratur, adulor,
Persequor, vlciscor, sequitur, sectorque, precatur,
Deprecor, arbitror, populor, prædorque, fatetur,
Profiteor, testor, detestaturque, molitur,
Ordior, aspernor, mercor, loquor, atque veretur.

VErba Deponentia transitiua post se accusatiuo gaudent. Att. Cuius rei nonnullam consuetudinem nactus sum.
I. C. Quos ego non tam vlcisci studeo, quã sanare.
Nanciscor, nãcisceris, nactus sũ: per trouare à caso.
Solor, aris, atus sum: per consolare.
Patior, pateris, patitus sum: per patire.
Miror, aris, atus sum: per marauigliarsi.
Adulor

Adulor, aris, atus ſum: per adulare. (appreſſo.
Perſequor, perſequeris, perſecutus ſum; per andare
Vlciſcor, vlciſceris, vltus ſum: per vendicarſi.
Sequor, ſequeris, ſecutus ſum: per ſeguitare.
Sector, aris, atus ſum: per andargli appreſſo.
Precor, aris, atus ſum : per pregare.
Deprecor, aris, atus ſum : per pregare molto.
Arbitror, aris, atus ſum : per giudicare.
Populor, aris, atus ſum : } per robbare.
Prædor, aris, atus ſum : }
Fateor, fateris, faſſus ſum: per confeſſare. (ne.
Profiteor, profiteris, profeſſus ſũ : per far profeſſio-
Teſtor, aris, atus ſum: per far fede.
Deteſtor, aris, atus ſum : per maledire. (ficultà.
Molior, moliris, molitus ſum: per mouere con dif-
Ordior, ordiris, orditus ſum: per comiciare, ordire.
Aſpernor, aris, atus ſum: per diſprezzare.
Mercor, aris, atus ſum: per comperare.
Loquor, loqueris, locutus ſum : per parlare.
Vereor, vereris, veritus ſum: per dubitare.

Appendix.

Deprecor, Mercor, Ordior præter accuſatiuum, ablatiuum cum præpoſitione A, vel AB nonnunquam poſtulant. pro Syl. Multorum hic vitam eſt à L. Sylla deprecatus.
I. V. Ab iſto, & præco ſenatorum ordinem pretio mercatus eſt, & pueri ſenatoriũ nomẽ nũdinati ſũt.
De Or. Ordiri orationem à pæane.

Quarta Species.

Abla-

Ablatiuus post Verba Deponentia effectiua.

Efferi casu gaudent haec verba Latino:
Glorior, oblector, fungor, defungitur, vtor,
Delector, fruitur, vescor, laetatur, abutor.

VErba Deponentia effectiua post se ablatiuum exigunt, de Or. Quidam nominibus veterum gloriantur.
Pro Mur. Ludis tamen oblectamur, & ducimur.
Glorior, aris, atus sum: per gloriarsi.
Oblector, aris, atus sum: per render piacere.
Fũgor, fũgeris, fũctus sũ: per fare, esercitare vfficio.
Defungor, defungeris, defunctus sum: per finire glivfficij.
Vtor, vteris, vsus sum: per seruirsi.
Delector, aris, atus sum: per dilettarsi.
Fruor, frueris, fruitus sum: per godere, fruire.
Vescor, vesceris, c. p. per cibarsi.
Laetor, aris, atus sum: per allegrarsi.
Abutor, abuteris, abusus sum: per vsare in mala (parte.

Appendix.

Glorior praepositionem IN admittit aliquando: de Nat. Propter virtutem iure laudamur, & in virtute rectè gloriamur.
Aliquando praepositionem DE. de Fin. Nemo de misera vita gloriari potest.

Quinta Species.

Ablatiuus cum præpositione A, vel AB post Verba Deponentia passiua.

Nascitur, enascor, cum orior simul, atque renascor,
Admittunt sextum, quem præpositura ministrat.

VErba Deponentia passiua post se ablatiuum cum præpositione A, vel AB postulant. de Fin. Sed ipsum à se oritur, & sua sponte nascitur.

Aliquando cum EX. Ibidem, Timiditas ex rebus nascitur.

Nascor, nasceris, natus sum:
Enascor, enasceris, enatus sum:
Orior, oriris, (& oreris) ortus sum: } per nascere.
Renascor, renasceris, renatus sum: per rinascere.

ANNOTATIO.

Experior, meditor, dominor, testatur, & illud
Testificatur passiuè plerunque locantur.

Hic annotanda duxi deponentia nonnulla, quæ plerunque passiuè ponuntur: quorum hæc pauca collegi de multis.

Experior. pro Cornelio Balbo, Huius virtus præsens experta, atque perspecta obtrectatorum voce lædetur.

Meditor. Ibidem, Verumtamen vigilijs nocturnis, & concione hominum institutum illud conceptum, atque meditatū est.

Dominor. Off. O domus antiqua, heu quàm dispari dominaris domino.

Testor. I. A. De laude silebo, quæ gratissima

memoria omnium ciuium inclusa: nōdum auctoritate publica testata est.
Testificor. At. Illud inest tamen commodi, quod & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua voluntas.

Sexta Species.

Ablatiuus cum præpositione, vel Accusatiuus cum præpositione post Verba Deponentia absoluta.

Ingredior, proficiscor, moror, atque reuertor,
Egredior, gradior, labor consistere debet
Quartus, vel sextus, cui præpositura fauebit.

Verba Deponentia absoluta, quæ sunt significantia, statum in loco, & motum ad locum, à loco, per locum, & locum versus, vel usque ad locum, post se nullum casum sine officio congruæ prepositionis suscipiunt. Tuscul. Fidenti animo gradietur ad mortem. I.V. Egredi è naui.
Preterquam in nominibus vrbium, & alijs aduerbialiter positis, de quibus difusiùs egi in septima specie verborum Neutrorum.
Ingredior, ingrederis, ingressus sum: per entrare.
proficiscor, proficisceris, profectus sum: per partire, & per andare.
Moror, aris, atus sum: per tardare, indugiare.
Reuertor, reuerteris, reuersus sum: per ritornare.
Egre-

Egredior, egrederis, egressus sum: per vscire.
Gradior, graderis, gressus sum: per andare.
Labor, laberis, lapsus sum: per sdrucciolare, cadere.

Hæc de propria Verborum Personalium exigentia posteriore. De communi omnium nunc dicendum.

DE COMMVNI EXIGENTIA POSTERIORE OMNIVM VERBORVM PERSONALIVM.

Nominatiuus post quoduis Verbum Personale.

Omnia post se verba queunt admittere rectum:
Ast, hic vt ad rectum spectet de iure priorem.

OMne Verbum Personale cuiusuis generis potest habere post se nominatiuum ad priorem spectantem. in Marc. Ant. Defendi Rempub. adolescens, non deseram senex.
De Am. Venio in Senatum frequens.
De. Or. Hoc nos ab istis adolescentibus facere inuiti, & recusantes heri coacti sumus.

Datiuus post quoduis Verbum Personale.

Quæuis verba sibi personæ adiungere ternum,
Commoda cuius erunt, Incommoda, Gratia, possunt.

QVoduis Verbũ Perſonale admittit datiuũ eius perſonæ, in cuius gratiam, commodum aliquid fit. Ep. Tibi proſit.
Ibid. Olim non omnibus dormio: ſic ego, mi Galle, non omnibus ſeruio.
Att. Libros tuos nobis conſerua.
Eidem, Obeſſe alicui.

Accuſatiuus reciprocus poſt aliquod Verbum Perſonale.

Nominis in caſum quartum ſignantis eandem
Rem, aut actum, verbum nõnunquã tranſeat vllum.

QVædam Verba Perſonalia etiam intranſitiua recipiunt interdum accuſatiuum nominis ſignificantis eandem rem, vel eundem actum. Top. Quorum nemo ſeruitutem ſeruiuit.
Tuſcul. Viuere vitam.
Ep. Doleo dolorem tuum.
Ibidem, Puto, vt ſuum gaudium gauderemus.
De Sen. Tertiam enim ætatem vixerat.
De lege Agra. Atque hoc carmen hic tribunus plebis, ſed ſibiipſi intus canit.

Accuſatiuus ſpatij Loci, & Temporis poſt quoduis Verbum Perſonale.

Temporis, atque Loci ſpatium tu ponito quarto.

SPatium Loci, & Temporis apponitur quibuslibet Verbis Perſonalibus in accuſatiuo. Et ita, vt ſequatur, intelligitur.

Spatium Loci est, cùm eiùs mẽsura, interuallum, aut distantia indicatur, seù cum ad Quàm procul, respondetur. Quod fit huiusmodi nominibus, Vnguis, Digitus, Pes, Passus, Stadium, Milliarium, vel Milliare, Parasanga, &c.

Acad. Ab hac regula mihi non licet transuersum (vt aiunt) vnguem discedere.

I. V. Digitum non discedam.

Acad. A Chrisippo pedem nunquam discedere.

Ad Tironẽ, Is locus est citra Leucadẽ stadia viginti. In verbo autem Absum dicitur bidui, tridui, quatridui, non biduum, triduum, quatriduum, licet per Ellypsin accusatiuus (viam, aut iter) desideratur. Att. Cum in castra proficiscerer, à quibus aberam bidui. Plena enim locutio esset, à quibus aberã viã bidui. Vt pro Pl. Qui cùm abessent aliquot dierum viam. Sic variat oratio.

Spatium verò Temporis est cùm ad Quàm diu, Quàm pridem, vel Quàm dudum respondetur, quò pertinent huiusmodi voces, quibus certa temporis quantitas, seu mensura significatur; vt, Momentum, Hora, Dies, Hebdomas, Mensis, Annus, Olympias seu Lustrum, Ætas, Sœculum.

Ep. Duas horas Thyrei fuimus.

Off. Annum iam audientem Cratippum.

Tuscul. Dionysius duodequadraginta annos Syracusanorum Tyrannus fuit.

Ad Caton. Biduum Laodiceæ fui, deinde Apameæ quatriduũ, triduũ Synadis, totidem dies Philomeli. Accusatiuus vertitur aliquoties ĩ ablatiuũ. pro Mil. Clodius respondit, triduo illum, ad summum quatriduo periturum.

Interdum accusatiuus, & ablatiuus præpositionem recipiunt. I. V. Ei locus ille: atque bonos in illum annum ita deberi putabatur. Caninio, Quin ad diem decedam. Att. Multa de nocte profectum esse ad Cæsarem.

Temporis at speciem tantùm proferto Latino.

SPecies Temporis effertur tantùm ablatiuo casu: & est, cùm interrogatio fit per Quando. Att. Illam diem negabant esse mense Maio. De Ausp. Negotium magistratibus datum est anno superiore.

Ablatiuus Instrumenti, Causæ, Modi actionis post quoduis Verbum Personale.

Causa, Modus sexto velut Instrumenta locantur.

QVoduis Verbum Personale admittit ablatiuum denotantem Instrumentum. in Vatinium, Cùm illud iter Hyspaniése pedibus ferè confici soleat. I. V. Sex lictores circumsistunt valentissimi, cædunt acerrimè virgis.
Aut Causam, propter quam aliquid fit. Q. F. Vestra culpa hæc acciderunt.
Aut Modum, quo aliquid fit. Lentul. Nàm cum in sermone quotidiano, tum in Senatu palàm sic egit causam tuam, vt neq; eloquentia maiore quisquã, neque grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit, &c.

Appendix.

Qui quidem ablatiuus affixam præpositionem CVM patitur aliquoties, quæ comitantiam, non instru-

instrumentum, aut causam, aut modum actionis significat. de Or. Et tu cum gladio cruento comprehensus es.

I. C. Hisce omnibus Catilina cum reip. salute, & cum tua peste, ac pernice proficiscere.

De N. Homo quæ agit, ea molitur cum labore operoso, & molesto.

Ablatiuus Excessus post quoduis Verbum Personale.

Verbis Excessus casum coniungito sextum.

OMnia Verba Personalia Excessus petunt ablatiuum significantem excessus quantitatem, vel modum aliquem. de In. Aristoteles multùm alijs breuitate dicendi præstitit.

De Or. Bibliothecas omnium philosophorum vnus mihi videtur XII. tabularum libellus, & auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superare.

Ibidem, Asclepiades eloquentia vincebat cæteros medicos.

Ablatiuus post quoduis Verbum Personale Pretium exigens.

Verbis, quæ pretio gaudent, affige Latinum.
Exceptis Tanti, Quanti, Plurisque, Minoris.

QVælibet Verba Personalia, quæ pretiũ exigunt, recipiunt pretij nomen in ablatiuo. I. V. Idque frumentum Senatus æstimasset quaternis sestertijs

tritici modium, binis hordeum.
In eundem, Eodem tempore Antonius tribus denarijs æstimauit post messem.
Excipiuntur autem Tantum, Quantum, Plus, & Minus cum compositis, quæ ponuntur in genitiuo. ad Att. Sed quantiquāti bene emitur, quod necesse est. De hoc ablatiuo pretij supra egimus in secunda Actiuorum specie, quam lege.

Ablatiuus absolutus post quoduis Verbum Personale.

Sextus adhærebit verbo cuicunque solutus.

QVibuslibet Verbis Personalibus additur ablatiuus absolutè sumptus. ad Plancum, Omnia summa cōsecutus est virtute duce, comite fortuna. Off. Retinenda est igitur huius generis verecūdia, præsertim nàtura ipsa magistra, & duce. Ad Att. Scripsi hæc ad te apposita secunda mensa. De Cl. Ego cautius posthac historiam, te audiente, attingam.

Varij casus post Verbum Personale compositum.

Verbum compositum, non rarò præpositura
Admittit casum seu quartum, siue Latinum.

VErba Personalia sæpe recipiunt casum præpositionis, cum quā componuntur, accusatiuum, vel ablatiuum. de Fin. Persarum Magos adijt.

Ad

Ad Q. F. Cùm subito bonus Imperator noctu vrbem hostium inuasisset.

I. V. Qui Capitolio manus abstinere potuerit.

Et repetita præpositione. Ibidem, Vt si vobis videretur, adiremus ad eorum Senatum.

Phil. In Galliam inuasit Antonius.

I. V. Manus à sodalis filio abstinere non potuisti?

Quæ exigentia est frequens in verbis compositis cũ præpositionibus A, Ab, Ad, Con, De, Ex, & In.

A. De Am. Tu velim animnm parumper à me auertas, Lælium loqui ipsum putes.

Ab Ad Q. F. Abduco equidem me ab omni Reip. cura.

Ad. In Philippica, Cæsar se ad neminem adiunxit.

Con. Font. Partim qui cum M. Fonteio ferrum, ac manus contulerunt.

De. I. C. Si impendens patriæ periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerit.

Ex. Pro Mil. Ex vrbe expelli, exterminari, eijci.

In. De N. Quæ enim nobis natura informationē deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus.

De Exigentia posteriore Verbi Personalis hactenus.

DE EXIGENTIA ANTERIORE, ET POSTERIORE VERBI IMPERSONALIS.

VErbum Impersonale est, quod prima, & secunda persona vtriusque numeri, & sæpe tertia plura-

 lis

lis caret. Est autē duplex: Actiuæ, & Passiuæ vocis.

DE VERBO IMPERSONALE ACTIVAE VOCIS.

VErbum Impersonale Actiuæ vocis est, quod desinit in T. vt, Pudet, Tædet. Eius species sunt sex; scilicet, Verba Impersonalia Actiuæ vocis Possessiua, Acquisitiua, Transitiua, Affectiua, Impersonalia Actiuæ vocis Officij, & Absoluta.
Et id ita ab anteriore, & à posteriote exigit, vt à nobis diligētissimè & clarissimè hoc ī loco explicetur.

Prima Species.

Infinitiuus ante, & Genitiuus post Verba Impersonalia Actiuæ vocis possessiua.

Refert, inter & est infinitiua requirunt
A fronte, & quosuis à posteriore secundos,
Ni Nostri, Vestrique, Meiq;, Tuique, Suique.

VErba Impersonalia Actiuæ vocis possessiua habent ante se infinitiuum, post se quosuis genitiuos, præter hos passiuè captos, Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri, aut plurales Nostrum, & Vestrum acceptos partitiuè. de Fin. Interest oīum rectè facere. L. V. Est boni iudicis facere coniecturam.
Pro genitiuis Mei, Tuis, Sui, Nostri, Vestri, vel Nostrum, & Vestrum Interest, & Refert habent ablatiuos fœminini generis Mea, Tua, Sua, Nostra, & Vestra, quibus iungitur Cuia. Att. Permagni nostra

nostra interest te esse Romæ.
Eidem, Tua isthuc refert maximè.
Pro Mureno, Ea cædes si potissimū crimini datur, detur ei, cuia interfuit, non ei, cuia nihil intefuit.
Dicitur quoque Cuius interest. I. A. Quis enim est hodie cuius intersit hanc legem manere.

Sed verbum Est recipit pro illis genitiuis nominatiuos neutri generis Meum; Tuum, Suum, Nostrum, & Vestrum. pro Mur, Tum est Cato videre.
Refert, referebat, retulit: } per appartenere, &
Interest, intererat, interfuit: } esser vtile.
Est, erat, fuit: per essere vtile, appartenere, & esser vfficio.

Appendix.

Interest, & Refert asciscunt interdum hos nominatiuos generis neutri, Hoc, Id, Illud, Quod, & Quid, loco infinitiui. pro Syll. Vestra enim, qni cū summa elegantia, at integritare vixistis, hoc maximè interest.
Ad Rusum. Non scripsi id, quod tua nihil referebat.
Pro lege Man. Ete nim illud primum parui refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoria recuperare.

Item Interest, loco genitiui, potest accusatiuum cum præpositione AD recipere: sed hac lege, vt accusatiuus sit rei. de Ar. Ad facinoris disquisitionem interest, adesse quàm plurimos.
Luceio, Et equidem ad nostram laudem non multùm video interesse: sed ad properationem meam quiddam interest non te expectare.

Interest, & Refert admittunt etiā hos genitiuos

pre-

pretij, Magni, Permagni, Parui, Tanti Quanti.
Ad Tironem, Magni ad honorem nostrum interest quamprimùm me ad Vrbem venire.
Ad Att. Permagni nostra interest te esse Romæ.
Ad Q. F. Parui refert, abs te ipso ius dici.
Et hæc aduerbia. Maximè, Maximoperè, Nihil, Multùm, Plus, Plurimùm, Minus, Minimùm, Parùm, Paulùm. ad Tiron. Et tua, & mea maximè interest, te valere.
Tuscul. Theodori quidem nihil interest humine, an sublime putrescat.
Ad Luceium, Equidem ad nostram laudem non multùm video interesse, &c.

Secunda Species.

Infinitiuus ante, & Datiuus post Verba Impersonalia Actiuæ vocis acquisitiua.

Accidit, obtingit, contingit, & obuenit, inde
Euenit, incessit, constat, bene, vel male vertit,
Conducit, præstat, superest, vacat, expedit, atq;
Displicet, atque placet, prodest, licet, & libet ante
Infinitiuum quærunt, post atq; datiuum.

VErbis Impersonalibus Actiuæ vocis acquisitiuis infinitiuum à priori consistit, & datiuus à posteriore. Tuscul. Peccare nemini licet.
De Sen. Non libet mihi deplorare vitam.
Att. Inhibere illud tuum, quod valdè mihi arridebat, vehementer displicet.

Accidit, accidebat, accidit:
Obtingit, obtingebat, obtigit:
Cõtingit, cõtingebat, cõtigit: per accadere, ò aduenire.
Obuenit, ueniebat, uenit:
Euenit, ueniebat, uenit:

Inceſſit, ĩceſſebat, ĩceſſit: per prouocare, moleſtare.
Conſtat, conſtabat, conſtitit: per eſſer chiaro.
Beneuertit, uertebat, uertit: pro ſuccedere bene.
Maleuertit, uertebat, uertit: per ſuccedere male.
Conducit, conducebat, conduxit: per eſſer vtile, & appartenere.
Præſtat, præſtabat, præſtitit: per eſſer meglio.
Supereſt, ſupererat, ſuperfuit: per reſtare, ò ſouerchiare.
Vacat, abat, auit: per hauer tẽpo, comodità.
Expedit, expediebat, expedit: per eſſer vtile, ò ſpediente.
Placet, placebat, placuit, & placitũ eſt: per piacere.
Diſplicet, diſplicebat, diſplicuit: per diſpiacere.
Prodeſt, proderat, profuit: per giouare.
Libet, libebat, libuit, & libitum eſt: per piacere, hauer voluntà.
Licet, licebat, licuit, & licitum eſt: per eſſer lecito, & aliquando ſignificat Poteſtatẽ habere, & admittit cũ infinitiuo, & datiuo accuſatiuum cum præpoſitione PER. Philipp. Per me tibi liceat quendam de exilio reducere.

Appendix.

Sin autem hæc ſupradicta verba nominatiuum pro infinitiuo recipiunt, ſunt perſonalia neutra acquiſitiua. de Fin. Nec locus, nec ſermo conuenit mihi cum eo.

Ad Rufum, Conducit hoc tuæ laudi.
De Orat. Pudor, qui non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset.

Submonitio.

Accidit, Contingit, Obtingit, Euenit, Obuenit, Beneuertit, Maleuertit apud nostrum Latini sermonis regem Ciceronem, reijciunt infinitiuum, pro quo coniunctiuum modum cum coniunctione VT, vel (vt supra ostendimus) nominatiuum casum recipiunt. Cur. Si ei contigisset, vt te ante videret, quàm è vita discederet.
Pro Quint. Illud quoq; nobis accidit incõmodum.

Tertia Species.

Infinitiuus ante, & Accusatiuus post Verba Impersonalia Actiua vocis transitiua.

Dedecet, atque decet, iuuat, & delectat, oportet.
Ante infinitum, post debent poscere quartum.

VErba impersonalia Actiuæ vocis transitiua cum infinitiuo ab anteriore, & cum accusatiuo à posteriore construi gaudent. Tuscul. Oratorem irasci minimè decet.
I. V. Iuuat me hæc sic concidisse.
Ep. Me delectauit tantum studium in me extitisse.
Decet, decebat, decuit: per conuenire.
Dedecet, dedecebat, dedecuit: per disconuenire.

Iuuat,

Iuuat, iuuabat, iuuit: per giouare.
Delectat, abat, auit: per delectare.
Oportet, oportebat, oportuit: per bisognare.

Appendix.

Hæc omnia supradicta verba possunt fieri personalia velut Actiua simplicia cum nominatiuo, & accusatiuo. Off. Quàm se aliena diceant. ad Q. F. Literæ tuæ incredibiliter me delectarunt. Præter Oportet, quod de frequenti vsu impersonaliter vsurpatur vel cum infinitiuo. Off. Quamquam te Marce fili, abundare oportet præceptis philosophiæ. Vel cum coniunctiuo sine coniunctione VT. de Or. Efflorescat oportet oratio. Sed aliquando reperitur personale. pro Corn. Bal. Grauius est, quam si id factum diceret, quod non oportuisset, est enim aliquid, quod non oporteat etiam si licet: quicquid verò non licet, certè non oportet, sed huiusmodi constructio ne recipiatur, tanquam rara.

Quarta Species.

Infinitiuus vel Genitiuus ante, & Accusatiuus post Verba Impersonalia Actiua vocis affectiua.

Pœnite', & miseret, tædet, piget, & pudet optant
Post quartum, ante infinitum, casumue secundum.

VErba Impersonalia Actiuæ vocis affectiua desiderant ante se genitiuum, vel infinitiuum, post se

ſe accuſatiuum. de Or. Memet mei pœnitet. I.A. Tui me miſeret. pro Domo ſua, Vt me non ſolùm pigeat ſtultitiæ meæ, ſed etiam pudeat. Pro FI. Nonne eſſet puditum, legatum ſuum dici Meandrum. pro Cluentio, Neque me pœnitet cauſam A. Cluentij defendere.

Pœnitet, pœnitebat, pœnituit: per venire in pentimento, pentirſi.

Miſeret, miſerebat, miſertum eſt: per hauer compaſſione, miſericordia.

Tœdet, tœdebat, pertœſum eſt: per rincreſcere.

Piget, pigebat, piguit, & pigitum eſt: per venir rincreſcimento.

Pudet, pudebat, puduit, puditũ eſt: per vergognarſi.

Appendix.

Verbo Pudet præponitur nonnunquam nominatiuus. de Or. Quem verò non pudet id, quod in plerisque video.

Quinta Species.

Infinitiuus ante, & Accuſatiuus cum AD præpoſitione poſt Verba Imperſonalia Actiuæ vocis Officij.

Hæc verba attinet, & ſpectat, cum pertinet ante Infinitum, poſt quartum cum AD poſcere debent.

VErba Imperſonalia Actiuæ vocis Officij volunt ante ſe infinitiuum, poſt ſe accuſatiuum cũ AD

præ-

præpositione. Verr. Quid ad me attinet dicere?

Attinet, attinebat, attinuit: | per appartenere, conuenire.
Pertinet, pertinebat, pertinuit:
Spectat, abat, auit:

Appendix.

Interdum hæc supradicta verba, quæ Officium significant, nominatiuum admittunt, & tunc sunt personalia cum eodem accusatiuo. pro Rosc. Am. Non est obscurum ad quem suspicio maleficij pertinet. ad Brutum, Bonus planè vir, & cum virtutibus, tum etiam fortuna (si quid hoc ad rem pertinet) ornatus, &c.

Sexta Species.

Verba Impersonalia Actiua vocis absoluta.

Fulgurat, & ningit, fulget, pluit, & tonat extent
Actiuæ quamuis impersonalia vocis,
Cum recto, & quarto quoq; personalia fiunt.

VErba Impersonalia Actiuæ vocis absoluta sine vllo casu ponuntur. de D. Si fulserit, si tonuerit. Si nominatiuum à fronte, & accusatiuum à tergo habent, sunt personalia neutra transitiua. in Or. Pericles ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus est. de D. Sanguinem pluisse Senatui nunciatum est.

Fulgurat, abat, auit: per fulgurare.
Ningit, ningebat, ninxit: per neuicare.

DE EXIGENTIA ANTERIORE, ET POSTERIORE VERBI INFINITI.

Infinitiuus quartos à fronte reposcit,
In verbi casus à posteriore feretur.

INfinitiuus Verbi personalis regit ab anteriore accusatiuum, loco nominatiui sui verbi, & à posteriore eundem casum, quem verbum, à quo descendit. ad Tironem, Hæc te scire volui, & alia quàm plurima.
Tuscul. Theseus à docto viro se audisse dicit.
Ad Lent. Eam epistolã ad te missam esse arbitror.
Off. Sed credo illos secutos oportunitatem loci.

ANNOTATIO.

Hoc loco aduertendum est, Infinitiuum istum exponi per verbum finitum, & nominatiuũ adiecta particula QVOD, vel VT.
Per QVOD exponitur in verbis affectuum; vt, gaudij, lætitiæ, tristitiæ, doloris, tædij, pœnitentiæ, &c.
Ad Q. F. Gaudeo tibi iucundas esse meas literas.
De L. Sanè gaudeo, quòd te interpellaui.
I. A. Brutus Ciceronis recuperatam libertatem est gratulatus. Ep. Tamen quòd abes gratulor.
Ad Att. Equidẽ doles nõ me tuis literis certiorem fieri. Ep. Dolet mihi, quòd tu nunc stomacharis.
Ibidem, Minimè miror te tuis preclaris operibus lætari. de D. Cato mirari se dicebat, quòd non rideret aruspex, aruspicem cùm ridisset.
Att. Me pœnitet quòd te offenderim.
Hoc modo QVOD est causa precedẽs, vel efficiẽs;

Per VT cum verbis voluntatem, desiderium, vel necessitatem, vel vtilitatem, vel preceptionem significantibus.

Ep. Volo omnes de me bene sperare. I. V. Volo, vt mihi respondeas, &c.

De Cl. Tibi fauemus, te tua virtute frui cupimus, tibi optamus eam rempub. &c. Off. Sol Phæthonti filio facturum se esse dixit, quicquid optasset, optauit, vt in currum patris tolleretur.

De N. Plato facit mundũ ædificari à Deo. Ep. Itaque quod pro meo iudicio facere potui, vt laudarem, &c. feci.

Att. Et si tuæ literę rectè sperare iubent, tamen &c. contra Rull. Quia vos fœdus non iusseritis, veretur Hyépsal, vt satis firmum sit.

VT est causa finalis, & semper gaudet cõiunctiuo; vt in predictis exemplis ostendimus.

De vsu particulæ VT.

Post Tantùm, Tantus, Talis, Is pro talis, Adeò, Ita, Sic, & similes particulas seruitur VT, & non QVOD. Off. Id autem tantùm abest ab officio, vt nihil officio magis possit esse contrarium.

Pro S. R. Si enim hæc liberè dicentur non fuit tantus homo S. Roscius in ciuitate, vt de eo potissimum conqueramur.

Off. Tales .n. nos esse putamus, vt iure laudemur.

Pro Syl. Nuper is homo fuit in ciuitate P. Sylla, vt nemo ei se honore anteferret.

Pro Fl. Neminem quidem adeò infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet.

I. V. Itane verò hoc Brutus egit, vt Lanuuij esset.

Pro Pl. Huius præfectura plena est virorum fortissi-

tissimorum, sic vt nulla tota Italia frequentior dici possit.

Item post verba petendi, rogandi, iubendi. ad Lentulum, Postulatũ est, vt Bibuli sententia diuideretur. De prouinc. consul. Nam postea me, vt sibi essem legatus non solùm suasit, verùm etiam rogauit.

Appendix I.

Infinitiuus substantis, siue vocantis,

Et similis verbi, rectum post optat, & antè.

Infinitiuus verbi substantiui, vocatiui, similiter & aliorum antè se, & post se nominatiuum admittit. de N. Nolo esse longior.

De D. Is cibus tranquillitatem mentis quærentibus constat esse contrarius.

Alibi, Vult vocari sapiens.

Pro Marcel. Malim videri nimis timidus, quàm parùm prudens.

Item legitur quoque ipse infinitiuus hisce duobus modis. Primo, I. C. Cupio P. C. me esse clementem: cupio in tantis periculis non dissolutum videri.

Secundo, Ad Att. Mihi negligenti esse non licet.

Appendix II.

Verbis finitis sæpe infinita cohæret.

Infinitiuus additur familiariter quibusdam verbis. in Phil. Nec ruere demens, nec furere desinit.

Ad Celium, Non potuit accuratiùs agi.

Pro Rosc. Com. Qui mentiri solet, peierare consueuit.

Ad Att. Facere non potuisti, vt non mitteres.

Appendix III.

Infinita figuratè quandoque leguntur.

Infinitiuus vſurpatur nonnunquam figuratè per Enallagen. Rhet. Tempus eſt ad cæteras partes rhetoricæ artis proficiſci, pro proficiſcendi.
Att. Quam turpis eſt aſſentatio, cùm viuere ipſum turpe ſit, pro vita.
I. V. Curſare iſte homo potens cum filio blando, & gratioſo circum tribus, pro curſabat.

Atque hæc breuiter de Verbo Infinito dixiſſe ſufficiat. Nunc de Gerundio, Supino, & Participio agamus.

DE EXIGENTIA GERVNDII.

Antè regunt nullum quæcunque Gerundia, cauſus.
Poſt verborum, ſi actiuè ſunt ſumpta, ſuorum.

Gerundia (quæ ſunt tria in DI, in DO, in DVM) antè ſe nullum regunt caſum, poſt ſe autem quæ actiuam ſignificationem habent, eoſdem admittunt caſus, quos habent verba, à quibus proficiſcuntur.
De Orat. Sum cupidus te audiendi.
Ad Att. Tu quid cogites de tranſeundo in Epirum, ſcire ſanè velim.
Ad Seſtium, Ego & memoriæ noſtræ veteris amicitiæ, & virtute, atq; obſeruantia filij tui monitus, nullo loco deero, neque ad conſolandum, neque ad leuandum fortunam tuam.

In DI.

DI fixis, vel mobilibus postponitur vllis.

Gerundium in di adhæret certis quibusdam nominibus substantiuis, cuiusmodi sunt, Causa, gratia, studium, ratio, occasio, tempus, licentia, facultas, potestas, copia, vbertas, ars, disciplina, doctrina, vsus, finis, venia, volontas, amor, desideriū, cupiditas, auiditas. de Orat. Dicendi facultatem veteres Græci sapientiam nominabant.

Ad Att. Sit iam aut finis omnino deplorandi, aut moderatio.

Item adiectiuis scientiam, vel desiderium significantibus, quæ regunt genitiuum, & alijs similibus.

Off. Hoc quidem sane luculenter, vt ab homine perito definiendi.

De Fin. Cupidus inuestigandi verum.

Orat. Nemo suaserit studiosis dicendi adolescentibus. &c.

Pro quarto interdum patrium pluralis habebit.

Interdum non inuenustè ponitur genitiuus pluralis, pro accusatiuo. de Diuin. Doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse, pro se.

In DO.

DO præeunt in, de, àque, quibus quandoq; carebit.

Gerundio in DO præponuntur hæ præpositiones ablatiui casus A, vel, AB, IN, DE. Tusc. Ab inuidendo autem rectè inuidentia dici potest, vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum dictum est à nimis intuendo fortunam alterius.

Ad Curionem, Quis est tam in scribendo impiger, quàm ego?
Ad Att. Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sanè velim.
Interdū ipsum gerundiū præpositionibus abstinet. Ad Eundem, Plorando defessus sum.
Aduertendum est hoc loco, Soluendo, Gerundium in DO ponitur sæpe à Cicerone cum Verbo substantiuo Sum, es, est per Ellypsin, vt, Potens, sufficiens, vel huiusmodi aliquid, quod sensui conueniat, intelligatur; vt, Tu soluendo non eras. Cùm ciuitates soluendo non essent.

In DVM.

Ad quarti casus DVM præfigatur oportet.

Gerundio in DVM præpositio AD accusatiui casus præfigitur. pro lege Manil. Hic locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus.
Tusc. Conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum.
Eiusdem casus quoq; preponuntur in, ob DVM.

Gerundio in DVM præfiguntur quoque hæ duæ præpositiones eiusdē accusatiui casus IN, & OB. De Orat. Dum omnem orationem traduxi, & conuerti in increpandam Cæpionis fugam, & in deplorandum interitum exercitus.
In Verr. Quanto illud flagitiosius, improbius, indignius, eum, à quo pecuniam ob absoluendum acceperis condemnare?

Quan-

Quando Necesse notat, capit Est, comitante datiuo.

Gerundium in DVM, cùm necessitatem, munus, vel officium significat, sine præpositione vsurpatur, addito verbo substantiuo Est, & datiuo personæ, cui aliquid accidit cõmodi, vel incommodi. Tusc. Tuo tibi iudicio est vtendum.

Submonitio.

Si casus Gerundij fuerit accusatiuus, mutabitur in nominatiuum, & gerundium genere, numero, & casu consentiet cum nominatiuo. Offic. Quam obrem nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, vt pateat omnibus.

Ad Att. Sed ea mihi sunt patienda, &c.

Gerundia in passiua significatione.

Post non admittunt Passiua Gerundia casus.

Gerundia, quæ passionem significant, post se casum non admittunt. ad Brut. Multa eius iudicia sed ad scribendum non necessaria, idest vt scribantur. Ad Att. Sunt quædam earum perdifficiles ad iudicandum, idest vt iudicentur.

Gerundiuum nomen.

Sæpe Gerundiuum reperitur vice Gerundi.

Gerundiuum nomen vice Gerundij sic ponitur. de Orat. Tamen sunt omnes in eodẽ veritatis imitandæ genere versati.

De Fin. Voluptates omittuntur maiorum voluptatum adipiscendarum gratia.
De Off. Ad perfruendas voluptates.
De Senect. Xenophontis liber, de tuenda re familiari. &c.

Verba quæ careant Gerundijs.

Nulla Volo, Soleo, Sum, Fio Gerundia formant.
Volo, Soleo, Fio, & Sum cum compositis, quæ sunt numero vndecim. Adsum, Absum, Desum, Insum, Intersum, Obsum, Possum, Præsum, Prosum, Subsum, & Supersum carent gerundijs.

DE EXIGENTIA SVPINI

In VM.

Quæ verbis motus occulti, siue patentis
Iungi prima Supina solent, his tradimus antè
Nullum, verborum post casus sæpe suorum.

SVpina in VM antè se nullum petunt casum, post se autem casum verbi, à quo descendunt, & iunguntur verbis vel apertum, vel occultum motum significantibus. Att. Brutum, vt scribis, visum iri à me puto. I. P. Ad Gn. Pompeium multi mortales oratum, obsecratumque venerant in Albanum, ne fortunas meas defenderet.
Et do venum, do nuptum. &c.

Absolutè posita.

Ponuntur & absolutè cum verbo Est; vt, Pugnatum est, Actum est, Dormitum est, pro Quintio,

Ven-

Ventum est ad me. His vix vnquã casus apponitur. ad Lentulũ, Bibulo de tribus legatis assensum est.

In V.

Vltima mobilibus nudè coniunge Supina.

Supina in V non regunt casum, nec iunguntur verbis, sicut prima in VM, sed nudè adiectiuis. Off. Hunc dignum spectatu arbitrantur.
De Orat. Difficile dictu est de singulis.
Att. Non modò risu fœdam, sed etiam auditu.
De N. Difficile factu est me id sentire, quod tu velis.
De Vn. Difficillime factu est, me à Dijs ortis fidem non habere.

DE EXIGENTIA POSTERIORE PARTICIPII.

PArticipia sunt quatuor, præsentis in ANS, & ENS; vt, amans docens. Præteriti, cuius quatuor sunt terminationes in TVS, SVS, & VVS; vt, amatus, læsus, nexus, mortuus. Futuri duo, scilicet actiui, in RVS; vt, amaturus; & futuri passiui in DVS; vt, amandus,

Sumere Participans nil vult à parte priori;
At verbi casus à posteriore requirit.

Participium antè se non regit casum, sed conuenit cum præcedente substantiuo, sicut nomen adiectiuum; post se autem habet casum sui verbi,

Ad Att. Homo ſemper amans te. Tuſc. Nam cùm omnis perturbatio ſit animi motus, vel rationis expers, vel rationem aſpernans, vel rationi non obediens.

Participium factum nomen.

Participans patrium, ſi fiat nomen, habebit.

Participium aliquando migrat in nomen, cùm amittit ſignificationem temporis, quam habet: & tunc genitiuum poſtulat.

Præſentis temporis in ANS, & ENS; ad Att. Boni ciues amantes patriæ. pro Plan. Deinde ſitientem me virtutis tuæ deſeruiſti. pro Domo ſua, Homines legum, iudiciorumque metuentes.

Et præteriti temporis. de Orat. Iuris conſultus, qui legum; & conſuetudinis ad reſpondendum, & cauendum peritus ſit.

Et compoſita facta nomina, indoctus, imperitus, inſuetus, & alia. Att. Tam inſuetus contumeliæ.

A quibus verbis fiant Participia.

Fiunt Participia ab Actiuis duo præſentis; vt, amans: futuri in RVS; vt, amaturus.

A paſſiuis duo præteriti; vt, amatus: futuri in DVS; vt, amandus.

A Neutris quoque duo; vt, ab Actiuis, præſentis, & futuri in RVS; vt, ſtans, & ſtaturus. Sed à Tranſitiuis etiam alia duo paſſiua; vt, aratus, & arandus. Et præteriti etiam à ſoleo, ſolitus, titubo, pateo, placeo, odi, fido, ſueſco, cum compoſitis, & quibuſdam alijs.

A Com-

A Communibus quatuor; vt, hortans, hortatus, hortaturus, & hortandus.
A Deponentibus tria præsentis, præteriti, & futuri in RVS; vt, sequens, secutus, & secuturus.
Quæ carent supinis ferè semper carent participio præteriti, & futuri.
Ab impersonalibus quoque rarò fiunt participia.

Sed de exigentia Verbi hactenus: prosequamur Delectum illius.

DE DELECTV VERBI.

Sit tibi Delectus verbo seruandus in omni.

DElectus tam accuratè vbique est obseruadus, vt nefas sit verbis quibuslibet promiscuè casus omnes addere, nulla habita ratione phraseos, sed exigentiæ tantùm. Licet enim Latinè dicamus Suppetias ferre, & adiumentum dare pro eodem, non tamen Suppetias dare, & adiumentum ferre propterea dicemus.

Et licet Facere verba, & dare verba dicamus in diuersa significatione, non iccircò, Agere verba, vel tradere verba dicemus.

Item Agere gratias alicui dicimus, non tamen facere

cere gratias, quamuis eadem verborum significatio appareat.

Accipere.

Vulnerari. I. C. Ille tum graue vulnus accepit.
Probare. Ep. Excusationem tuam accipio.
Intelligere. Ibidē, Quæ geruntur, accipies ex Pollione.
Admittere. Ibidem, Accipio conditionem. Sunt aliæ, ab hoc verbo Accipio profectæ, vt accipere iniuriam, accipere detrimentum, accipere plagam, accipere dolorem, accipere beneficium, &c.

Afferre.

Allegare. Ant. Ætatem affert.
Addere. Att. Magnam attulit accessionem tua voluntas erga me.
Nunciare. Eidem, Complures attulerunt, Cæsarem iter habere Capuam.
Interficere seipsum. Octau. Ego ipse Senatum sibi manus afferre coegi.

Afficere.

Honestare. de N. Res sordidas deorum honore afficere.
Punire. pro S. R: Qua his tandem pæna afficietur?
Interficere. de In. Affici turpi morte.
Laudare. Afficere aliquem laudibus.
Benefacere. Afficere aliquem beneficijs.
Desiderare. Afficere desiderio, &c.

Agere.

Mori. pro Q. R. Eodem tempore, & gestum, & animam ageres.

Cele-

Celebrare. I. V. Agere diem feſtum.

Viuere. Tuſ. Agere æuum in Celo. Ibid. Agere vnum diē bene, vel male ex præceptis ſapientium.

Suſpendere. de Fin. Agi in crucem.

Terere tempus. Att. Sed acta ne agamus, reliqua paremus.

Inſtruere. pro Arch. Hæc ſtudia adoleſcentiā agūt.

Habere. de Sen. Si octuageſimum annum agerent.

Ducere. de Or. Aſellum agas.

Tractare. Ep. Hic quæ agantur, ea te literis multorum cognoſcere arbitror.

Effingere. pro Q. R. Roſcius lenonē Ballionē agit.

Fungi ciuis officio. Ep. Mirificum agis ciuem.

Succedere. de Amic. Cum illo quidem actum optimè eſt, mecum autem incommodius.

Dicimus quoque Agitur res noſtra, vel de re noſtra agitur, quod eſt ad nos pertinet, vel res noſtra in diſcrimen adducitur. pro S. R. Tua res permagna agitur. de Amic. In quibus eorum capite agatur, aut fama.

Canere.

Dare ſignum militibus, vt ſe recipiant. I. A. Canere receptui.

Vaticinari. I. C. Vt hæc quæ nunc fiunt, canere Dij immortales viderentur.

Cernere.

Fieri hæredem. Att. Pridie nonarum ex teſtamento creui hæredem.

Animaduertere. Ep. Cerno iam animo, quando omnia vberiora futura ſint.

Colere.

Venerari. de N. Piè, ſanctèque colere Deum.

Arare. pro S. R. Maiores nostri suos agros studiosè colebant.
Habitare. Colere vrbem, domum.
Viuere, ad Her. Colere vitam.
Conferre.
Ire. Ep. Exclusus ab Antiochia Dolabella, Laodiceam se contulit.
Pugnare. pro Fonteio; Partim qui cum ipso M. Fonteio ferrum, ac manus contulerunt.
Congredi simul. pro Plan. Non possum magis conferre pedem, (vt aiunt) at proprius accedere.
Dare.
Inculpare. in Bruto, Quin etiam memini cùm in accusatione sua Q. Gallio crimini dedisset, sibi eum venenum parauisse.
Dedere se, & victum fateri. ad Att. Aiebat illum primum scire diu multa contra ad extremum autem manus dedisse, & affirmasse nihil se contra eius voluntatem esse facturum.
Committere. I.V. Dat amico suo cuidã negotium, qui tum magister erat eius societatis, vt diligenter caueret.
Ad iter se parare. Terent. In viam quod te des hoc tempore, nihil est.
Dicere.
Defendere. pro S. R. Ame. Ea nos hoc tempore vtimur, qui causam dicimus.
Vocare in ius. pro Milone, Diem mihi credo dixerat, mulctam irrogarat.
Impertiri. Ep. Dicere salutem alicui.
Ducere.
Terere. I. V. Ducere tempus.

Viue-

Viuere. pro lege Man. Cum vestros portus,atq; eos portus, quibus vitam, & spiritum ducitis, in Prædonum fuisse potestatem sciatis.

Edere.

Mori. I. A. Cuius in complexu libenter extremũ vitæ spiritum ediderim.

Perpetrare. Ibidem; postea quod scelus, quod facinus parricida non edidit?

Occidere multos. ad Att. Cùm is meo nomine ad inuidiam vteretur, Dij immortales, quas ego pugnas, & quantas strages edidi?

Publicare. de Diuin. Vnum librum Diogenes edidit, eius auditor duos antipater.

Dare. Ibid. Oracula edere putes.

Ridere. ad Att. Miros risus vos edere, cũ ille ignarus sui comitatus repente aperuit lecticam, & penè ille timore, ego risu corrui.

Parturire. de Ora. Subacto mihi ingenio opus est, vt agro non semel arato, sed nouato, & iterato, quo meliores fœtus possit, & grandiores edere.

Iudicare. pro P. Sylla. Prius etiam edituri iudicium fuerint.

Efferre.

Exire. ad Att. Nunc illum, qui pedem porta quoad hostis eis Euphratem fuit, non extulit, honore augeri?

Facere.

Sacrificare. in Bruto, Licet aliquid etiam de M.Popilij ingenio suspicari, qui cum consul esset, eodemq; tempore sacrificiũ publicũ cũ lena fecerit. I.V. Resillum diuinas apud eos Deos in suo sacrario propè quotidie facere vidistis.

Viti-

Vitiare. in Top. Si ædes ex se corruerunt, vitiumque fecerunt.
Declarare, & rem difficilem, aut dubiam soluere. in Arte Rhetorica, Si quis cum Orestem accuset, planum faciat ab eo matrem esse occisam. Ibid. Illud docuimus, hoc planum fecimus.
Intercinere. de Orat. Neque id actores prius viderunt, quàm ipsi Poetæ, quoniam deniq; illi etiam, qui fecerunt modos.
Permittere. I. V. Neque se alijs vdendi potestatem esse facturum.
Colligere milites. Ibid. Illi nocte facta manu, armataque veniunt.
Accusare. pro Cluen. Reum statim fecit.
Proficisci. I. V. Iter per Siciliam facere voluerunt.
Loqui. I. P. Quacũq; de re verbũ facere cæperatis, P. Q. Neque tamen iam multa verba faciam.


Ferre.

Suffragari. Att. Vniuersus populus suffragium de cæde P. Clodij ferat.
Pronunciare. pro Cluen. Vos autem iudices de hominum fortunis sententiam fertis.
Dicere. de Amic. Quod Tarquinum dixisse fertur.
Diligere. ad Qu. Frat. Balbum in oculis fero.
Laudare. ad eq. Ro. Quem virtutis gloria cum summa laude extulit ad celum.


Habere.

Honorare. pro L. Fla. Cui nullus honos in sua ciuitate habitus est vnquam.
Credere. pro Cluentio, Non solùm sibi potestatem datam, verùm etiã fidem habitam esse meminisse.
Proficisci. Att. Et ille in Sardinam iter habebat.

Commentari. Eidem, Multum is mecum sermonem habuit,& perhumana de discordiis multorũ.
Iudicare. de Sen. Omnia, quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis.
Habitare. pro S. R. Qui in Salentinis, aut in Brutijs habent, vnde vix ter in anno audire nuncium possunt.
De Delectu, qui volet, legat Henricum Farnesium Eburonem. Nobis ad alia properandum.
Et hactenus de exigentia partium orationis declinabilium satis, vel fortasse alicui hæc nimium multa. Nunc obiter adijciendum nonnihil de exigentia partium indeclinabilium.



H DE-



DE EXIGENTIA POSTERIORE ADVERBII.

ADuerbium eſt quaſi adiectiuum verbi, quòd ſine aduerbio perfectum, & explanatum ſenſum non habet. Fit autem Aduerbium quandoque à Nomine, à Verbo, à Pronomine, ab Aduerbijs. Aduerbium habet poſt ſe ſex caſus; ſcilicet, Nominatiuum, Genitiuum, Datiuum, Accuſatiuum, Vocatiuum, & Ablatiuum.

Nominatiuus poſt Aduerbium.

In primo, quartoue volunt En, Ecce reponi.

EN, & Ecce conſtruuntur præcipuè cum nominatiuo. pro Deiot. En crimen, en cauſa, cur Regem fugitiuus, dominum ſeruus accuſet?

I. V. Ecce noua turba, atque rixa.

Nec tamen accuſatiuum repudient. de Fin. Ecce miſerum hominem, ſi dolor ſummum malum eſt.

Ecce aliquando TIBI recipit non abſque lepore.

Ecce non ſine lepore recipit aliquando datiuum, TIBI. ad Att. Cùm hæc maximè ſcriberem, ecce tibi Seboſus.

Ad

Ad eundem, Ecce tibi, & Bruti, & tuæ literæ.
De Off. Ecce tibi, qui rex populi Roma, dominusque omnium gentium esse concupierit.
Pro Clunt. Ecce tibi eiusmodi sortitio.

Genitiuus post Aduerbium.

Vult patrium Ergo, Satis, Partim, Instar, Vbique.

ERgo pro Causa, Satis, Partim, Instar, & Vbi genitiuis apponuntur. ad Att. Siquid contra alias leges, eius legis ergo factum sit.
I.V. Vt ad dicendum temporis satis habere possim.
De Or. Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.
Ad Att. Ea verò epistola, quæ voluminis instar erat, sæpe legenda, sicuti facio.
Ad eundem, Et si mihi nihil erat propositum ad scribendum, quia quid ageres, vbi terrarum esses, ne suspicabar quidem.

Supremumque gradum plurali iunge secundo.

Item, quæ superlatiui gradus sunt, à posteriore genitiuis fruuntur. de Cl. Maximè omnium nobilium Græcis literis studuit.
Ibidem, Sæpissimè audio illum omnium ferè Oratorum Latinè loqui elegantissimè.
Hic genitiuus verti potest in ablatiuum cum præpositione. Ibidem, Piso maximè ex omnibus, qui antè fuerunt, Græcis doctrinis eruditus.

Item Vbinam, Vbicunque, Vbiuis, Quouis genitiuis, Gentium, Terrarũ, gaudent. in Philip. Vbicunque terrarũ sunt, vbi est omnis Reip. præsidium.

dium. Dicitur quoque, longè gentium abes. Att. Tu longè gentium abes.

Genitiuus, vel Accusatiuus post Aduerbium.

Pridie, & huic socius patriũ, quartumue capessunt.

PRidie, & Postridie genitiuo, vel accusatiuo iunguntur. Att. Philotimus pridie eius diei venit. App. Pridie nonas Iunij, cùm essem Brundusij. Ep. Hæc scripsi postridie eius diei. Att. Postridie ludos Apollinares.

Datiuus post Aduerbium.

Ternum more patrum capiant Aduerbia quædam.

ADuerbia quædam habent datiuum nominis adiectiui, vnde deducta sunt. de Fin. Congruenter naturæ, conuenienterque viuere.
I. V. Epicrates longè mihi obuiam cum suis omnibus processit.

Accusatiuus post Aduerbium.

Proximè amat quartũ, vt propius quẽ donat origo.

PRopius, & proximè sicut prima eorum origo, accusatiuum admittunt. I. A. Ne propius vrbem millia passum ducenta exercitum admouerit. Ad Oct. Propius vrbem castra mouentur. Pro Mil. propius Deos accessit.

Ep.

Ep. Aduentus tuus,cùm proximè Romam venisti.

Legitur quoque propius ad Deos, & propius à terra.pro Ligario, Homines enim ad Deos nulla re propius accedunt quàm salutem hominibus conferendo. de N. Intra autem hanc propius à terra Iouis terra fertur.

Accusatiuus, vel Ablatiuus post Aduerbium.

Semper Adhinc, verbis exacti temporis hærens,
Quartum, seu sextum debet deposcere casum.

ABhinc, verbis præteriti temporis iunctũ, quandoque accusatiuum, quandoque ablatiuum admittit. pro Cor. Balbo, Etenim si Gn. Pompeius abhinc annos quigentos fuisset.

De Diuinat. Demosthenes quidem, qui abhinc annos prope quadringentos fuit.

Pro Roscio Comœdo, Criminatio tua, quæ est Roscium cum Flauio pro societate decidisse, quo tempore? abhinc annis quindicim.

Vocatiuus post Aduerbium.

Adde vocatiuis Aduerbia cuncta vocandi.

VOcandi Aduerbia adduntur vocatiuis. ad Her. Eus adolescens.

Ep. O mi Furni, quàm tu causam tuam non nosti.

I. C. Est mihi tanti ò Quirites &c.

Ablatiuus post Aduerbium.

Apponi gaudet medius gradus vsque Latino.

ADuerbia comparationis ablatiuū habent. de In. Lacrima nil citiùs arescit.

Ad Cur. Nemo est, qui tibi sapientiùs suadere possit, te ipso.

At primo, quarto, sexto Minus, Amplius adde.

Amplius, & Minus nominatiuo, accusatiuo & ablatiuo delectantur. Nominatiuo. pro Roscio comœdo, Amplius sunt sex menses.

I. V. Iussit vt quæ statuæ C. Veres ipsius, & patris, & filij essent, eas quæstores demoliendas locarent, dumque ea demolitio fieret, senatores triginta non minus adessent.

Accusatiuo. Ibidem, Qui cum amplius centum ciues Ro. haberet ex conuentu Syracusarum.

Ablatiuo. pro Caio Quintio, Milibus amplius quingentis in longum patet.

Pro Lucio Flacco, Antè pedes prætoris in foro expensum esse auri pondo centum paulò minus.

DE ADVERBIIS LOCALIBVS.

ADuerbia loci, quæ interrogant sunt hæc, Vbi? Quò? Vnde? Qua? Quorsum?

Ad interogationem Vbi, hoc est in quo loco redduntur hæc, Hic, isthic, illic, ibi, intus, foris, & composita ibidem, alicubi, nullibi, necubi, vbilibet, vbiuis, vbicunque, sicubi, vbique, vtrobique, pas-

sim

ſim uſquam, nusquam, neutiquam; Item ſupra, infra, ſubtus, extra, vltra cùm fiunt aduerbia, coniunctur autem cum verbis ſignificantibus eſſe, vel fieri in loco.

Ad Quo .i. ad quem locum redduntur hæc, Huc, iſthuc, illuc, eo, illo, intro, foras, & compoſita; aliquo, quoquo, quouis, quocunque, eodem; coniunguntur cum verbis ſignificantibus motum ad locum.

Ad Vnde .i. à quo loco, hinc, abhinc pro ab hoc loco, iſthinc, illinc, & compoſita, alicunde, aliunde, vndecunde, ſicunde, necunde, vndequaque, vndecunque, vndique, vtrinque, vndeuis, vndelibet, indidem; Item ſupernè, infernè, quominus, eminus, cælitus coniunguntur cum verbis ſignificantibus motum à loco.

Ad Qua .i. per quem locum redduntur hæc, hac, iſthac, illac, ea, alia, & compoſita, quaqua, quacunque, quauis, ſiqua, nequa, eadem, coniunguntur cum verbis ſignificantibus motum per locum.

Ad Quorſum, quod ſignificat verſus quẽ locũ, aut finẽ, redduntur hæc horſum, iſthorſum, illorſum, introrſum, retrorſum, quoquouerſum, quoquouerſus, aliquorſũ, nequorſum, ſeorſum, aliorſum, rurſum, prorſum, ſurſum, deorſum, dextorſum, ſiniſtrorſum, læuorſum, coniunguntur cum verbis ſignificantibus motum verſus locum.

ADVERBIA QVAE QVIBVS IVNGANTVR GRADIBVS.

Valdè, Apprimè, Mirè, Vnicè, Impenſè, Abundè,

Multùm, Nimiùm, Admodùm, Parùm, Aliquantulùm, Per, Perquàm, Cumprimis, Imprimis, Interprimos, Positiuis adiungi gaudent.

Multò, Tantò, Quantò, Quò, Eò, & hæc, Paulò, Modicè, Aliquanto, Nimio, &c, Comparatiuis.

Multò, Longè, Facilè, pro haud dubiè, Quàm, pro valdè Superlatiuis. Plura apud Vallā cap. 17. lib. 1.

ADVERBIA QVAE QVIBVS IVNGANTVR MODIS.


Vtinam iungitur Optatiuo.

Postquam, Cum, Vbi pro Postquam, Simulut Simulac, Simulatque, interdum Indicatiuo, interdū Coniunctiuo.

Quasi, Tanquam, Ceu, Perinde, Acsi, Haud, Secus, Coniunctiuo.

Ne prohibentis, sæpe Coniunctiuo.

De Aduerbio hactenus.



DE

DE EXIGENTIA POSTERIORE PREPOSITIONIS.

PRæpoſitio eſt, quæ alijs orationis partibus præponitur.
Præpoſitio poſtulat poſt ſe duos caſus; videlicet, Accuſatiuum, & Ablatiuum.

Accuſatiuus poſt Præpoſitionem.

Trans, erga, contrà, præter, ſecus, inter, & infrà,
Poſt, apud, aduerſùm, ſupra, penes, vſque, ſecundū,
Aduerſùs, circum, circa, cis, circiter, antè,
Propter, ob, ad, citrà, iuxtà prope, verſùs, & vltrà,
Ponè, per, ac extra, debent admittere quartum.

PRæpoſitiones, quæ regunt accuſatiuum, ſunt plus minus triginta numero.

Ad. Off. Quæ fiunt vtilites ad hominū vitā.
Apud. Q. F. Apud herum rectè orat.
Antè. Pro Mil. Clodius antè ſuum fundum Miloni inſidias collocauit.
Aduerſùm. F. V. Pecuniæ conciliatæ aduerſùm leges, aduerſùm Remp.

Aduersùs. Oct. Aduersùs quos aciem struis.
Cis. Ep. Diæceses, quæ cis Taurum sunt.
Citrà. Ibidem, Is locus est citrà Leucadem stadia cxx.
Circum. Att. Cæsar circum isthæc loca commorabitur.
Circa. Contra Rull. Cùm Rullus Capuam, & vrbes circa Capuam occuparit.
Circiter. Att. Nos circiter Cal. in Formiano erimus.
Contra. Eidem, Sero resistimus ei, quem aluimus contra nos.
Erga. Eidem, Tua voluntas erga me, meaque erga te par, atque mutua.
Extra. De Fin. Et in corpore, & extra quædam bona sunt.
Inter. Att. Huius enim operis maximi inter homines illum esse effectorem volo.
Intrà. Ibidem, Qui regionibus exclusi intra præsidia, atque intrà arma aliena venissent.
Infrà. De N. Infrà Saturnū Iouis stella fertur.
Iuxtà. Att. Sepultus est iuxtà viam Appiam, ad V. lapidem.
Ob. De N. Ob eam enī ipsam causam Erichtheus Ahenis colitur.
Penes. Pro Mil. Serui centum dies penes accusatorem fuerunt.
Per. Pro Q. Qui per vim, & scelus plurimùm possunt.
Prope. De Cl. Cùm plebs prope ripam Anienis ad III miliarium consedisset.

Post.

Post. Att. Hic magistratus multis annis post Decemuiros institutus.
Ponè. De Vn. Et ponè quos aut antè labuntur.
Propter. Or. Quod tamen propter eius ingenij magnitudinem vellem.
Præter. Att. Sed hoc nemini præter me videtur.
Secundũ. I. V. Tua ratio est, vt secundum binos ludos mihi respondere incipias, mea vt antè primos ludos &c.
Supra. De Som. Supra lunã sunt omnia æterna.
Trans. Pro Mi. Domino trans ripã inspectare.
Vltrà. Att. Vltrà Silianam villa est, quam puto tibi notam esse.
Versùs. Eidem, Verti igitur me à Minturnis Arpinum versùs &c.
Vsque. Eidem, Quintus vsque Puteolos venit.

Ablatiuus post Præpositionem.

A, vel AB, & sociæ cupiunt sibi iungere sextum.

PRæpositiones, quæ regunt ablatiuum, sunt quindicim.

A. Att. Antonius à fronte, à tergo, à lateribus tenetur.
Ab. I. V. Ab illo tempore secum illos habuit.
Abs. Abs tripudió.
Absque. Absque baculo.
Cum. De Nat. Homo quæ agit, ea molitur cum labore operoso, & molesto.
Coràm. Ep. Coràm P. Cuspio tecũ locutus sum.
Clàm. Att. Ibi bene valentem vidi Pyliam, quin

etiam paulò clam ijs eam vidi, venerat enim funus.

De.	Eid. Atticus pecuniam numerauit de suo.
E.	Eidem, E Philoti mo literas accepi.
Ex.	De N. Temperantia constat ex prætermittendis voluptatibus.
Pro.	De Sen. Incerta pro certis habere, falsa pro veris.
Præ.	Att. Non hercule præ lacrimis possum reliqua scribere.
Palam.	I. V. Quæ in foro palam Syracusis in ore, atque oculis omnium gesta sunt.
Sine.	Pro Cel. Homo sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis &c.
Tenus.	De L. Nã veteres verbo tenus tractarunt.

Aduertendum est hoc in loco, A, ab, abs, structuram habere literis, quibus præponuntur, differentem. A præponitur consonantibus. De Sen. Sæpe à maioribus audiui. Ad Brutum, Nullas adhuc literas habebamus à te. ¶ *Ab præfigitur vocalibus. Verr. Nihil ægrius factum est multo labore meo, quàm vt manus ab illo abstinerentur. Interdum nonnullis consonantibus. pro Cl. Ab nullo ille liberaliùs, quàm à Cluentio tractatus est. Att. Rex ab Senatu appellatus est.* ¶ *Abs præponitur Q, & T, interdũ R. Verr. Flagitat abs te filium.*

Varij casus post Præpositionem.

Sub, Super, In casũ modò dant quartũ, modò sextũ,

Præ-

PRæpositiones, quæ modò accusatiuum, modò ablatiuum habent, sunt tres, In, Sub, Super; sed ferè non eodem sensu.

IN.

In postulat accusatiuum, quando significatur vel motus ad locum. de Am. Venio in Senatū frequens. Vel mutatio aliqua in his omnibus.

In, pro Contra. de N. Impietas in Deos, iniuria in homines.

In, pro Erga. de L. Obsequia in homines.

In, pro Ad. Terent. Da te in viam.

In, pro Ob. Att. Est pondus apud rusticos in memoriam patris.

In, pro In laudē. de Or. Scribere carmē in laudem.

Sed quando significatur quies, aut aliquid fieri in loco, petit ablatiuum. de Cl. Fānius in mediocribus oratoribus habitus est.

SVB.

Sub similiter cùm significatur motus, aut mutatio, accusatiuum exigit. Phil. Nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset.

Sic: pro Post. Ep. Sub eas statim recitatæ sunt tuæ .i. post eas.

Pro, ante. Sub oculos ponam. i. ante oculos.

Cùm verò quies indicatur, ablatiuum postulat. de N. Homines sub terra habitantes, qui nunquam exissent supra terram.

SVPER.

Super accusatiuo gaudet. de Fin. Et nolle imprudentem super eam assidere.


Et ablatiuo, cùm denotat DE, vel IN. Att. Hac super re scribam ad te Rhegio.

ANNOTATIO.

Præpositio cùm proprio caret casu, transit in Aduerbium. de Or. Disputabant contra diserti homines Athenienses.
Pro Pomp. Vident eum prope esse, quo &c.
De Fin. Vt qui Asoti esse velit, philosophi antè fiat.
Ep. Paucis post diebus quàm Luca discesserat.

Interdum præpositio alteri præpositioni præponitur. Att. Comitia Bibulus cũ Archilechio edicto in antè diem Kalend. decimumquintum Nouemb. distulit.
De Or. Ab initio rerum Romanarum vsque ad P. Mutium pontificem.
I. V. Quod augures omnes vsque à Romulo decreuerunt.
Ibidem, Vsque ab principio illo, atque inuentore Tysiæ.

De Præpositione hactenus.



DE



DE EXIGENTIA POSTERIORE INTERIECTIONIS.

INteriectio eſt, quæ varios animi affectus indicat. Et recipit à poſteriore Accuſatiuum caſum, & nonnullos alios, quos breuitatis gratia miſſos facio.

Accuſatiuus poſt Interiectionem.

O, Heu, Proh poſſunt ſibi quartũ aſſumere caſum.

O Interiectio exclamantis, Heu dolentis, & Proh indignantis, accuſatiuo adhærent. Oct. O meam calamitoſam ſenectutẽ, ò me nunquã ſapientẽ. I. A. At legatos miſimus, heu me miſerum, cur &c. Or. Proh Deum, atque hominum fidem.

Appendix.

Interdum O omittitur in oratione, cùm remiſſior eſt affectus, & minus vehemens. Att. Me cæcum, qui hæc antè non viderim. I.P. Miſerũ me, cùm hac me peſte, atq; labe cõfero. Legitur nonnunquam cũ hoc caſu. I. V. O conſuetudo peccandi quantum habes. Et hactenus.



DE CONIVNCTIONE.

Casus, atque modos similes Coniunctio nectit.

Coniunctio ob id nomen habet, quòd & casus, & modos similes coniungat. pro Cec. Non alia causa est æquitatis in vno, & in pluribus.
I.A. Ego arma contra deos, arasque, & focos cõtuli.
I.P. Res ipsa aut me ipsum, aut alium quempiam, aut inuitabit, aut dehortabitur.
Q.F. Doleo te meliorẽ ciuẽ esse quàm Philoctetã.

Exceptio.

Coniunctio potest copulare casus dissimiles, cùm vtimur dictione aliqua, quæ necessario diuersos casus requirit. Ep. Quod mea, & Reip. interest. Sed modos, & tempora etiam dissimiles copulat, vt & dixi, & dicam, & dico.

ANNOTATIO.

Quamquam, Etsi, Tametsi.

Quamquam, Etsi, Tametsi, in principio Indicatiuum postulant. Plan. Quamquam gratiarum actionem à te non desiderabam.
Att. Etsi in ipso itinere discedebant tabellarij, tamen surripiendum aliquid spatij putaui, ne me immemorem sui putares.
Pro S. R. Tametsi vicisse doleo, tamẽ de meo iure non decedam.

In

In medio autẽ Indicatiuũ, ac interdum Coniunctiuũ. pro S. R. Innocens est quispiam verumtamẽ quamquam abest à culpa, suspicione támen caret. Tuscul. Omnia iucunda, quamquam sensu corporis iudicentur, sed animum referri tamen.

Etiamsi, Quamuis, Licet.

Etiamsi, Quamuis, Licet, rariùs principia tenent, admittuntque sæpius Cõiunctiuum. de Am. Omnia breuia tolerabilia esse debent, etiamsi maxima sint. Pro S.R. Quamuis ille felix sit, sicut est, tamen &c. De L. Quantumuis enumeres multos licet, nullos tamen &c.

Quando, Quandoquidem, Quatenus, Quoniam.

Quando, Quandoquidem, Quatenus, Quoniam, Indicatiuo iunguntur. pro Dom. Quando igitur est turpe? quando est pœna peccati:
Parad. Tu te posse dicito, quandoquidem potes.
De Opt. Sed quatenus voluerunt sani, & sicci dumtaxat habeantur.
Pro S. R. Quoniam quidem suscepi, non deero.

Ni, Nisi, Si.

Ni, Nisi, Si, accõmodantur quandoq; Indicatiuo, quandoq; Coniunctiuo. I.C. Ni exeunt, ni pereunt. I. V. Ni ad equestrem ordinem iudicia referantur. Pro Pl. Nihil amplius dico, nisi me in Siciliam venire noluit. De Am. Nisi immortalitatẽ optare vellet, quid nõ est adeptus, quod homini fas esset &c. Contra Rul. Et mihi quæso ignoscite, si appello talem virum sæpius. De Or. Sed is siquis esset, aut

si etiam vnquam fecisset, aut verò si esse possit, tu esses vnus profectò, qui &c.

Qui.

Qui pro Quoniam, Coniunctiuo semper gaudet. Curioni, Tamen peccasse mihi videor, qui à te discesserim .i. quoniam, vel quia à te discessi.

Vt.

Vt pro Quàm, pro Postquam, vel Simulac, Indicatiuo iungitur. Vt metuo illi .i. Quàm metuo illi. Att. Vt ab vrbe discessi, nullum intermisi diem .i. postquam ab vrbe &c.

Vt pro Quemadmodū, Indicatiuo, vel Coniunctiuo gaudet. I. A. Patrimonium tam amplum, vt illud fuit .i. quemadmodum illud fuit.

I. P. Sed omitto, vt sit factus vterque nostrum .i. quemadmodum sit factus &c.

Vt pro Quamuis, Coniunctiuo gaudet. Att. Nam quide medicam? cui vt omnia contingant quæ volo leuari nō possum .i. cui quāuis omnia cōtingāt &c.

Vt, cùm causam finalem notat, Coniunctiuo fruitur. Att. Orat multis, & supplicibus verbis, vt liceat.

Sed hîc obseruandum est, VT, vbi præcedit verbū præsentis temporis, gaudere Coniunctiuo præsentis quoque temporis. Ad Lentulum, Te verò moneo, vt omnem rem, ad quam inflammatus fuisti, omni studio, atque industria consequare. Vbi verò pręcedit verbū præteriti tēporis, gaudere Cōiunctiuo præteriti imperfecti temporis. De Prouinc. consul. Nam postea me, vt sibi essem legatus, non solùm suasit, verùm etiam

roga-

rogauit. Licet non sit semper. de leg. Ag. Neque vllo modo facere possum, vt non in hoc magistratu essem popularis.

Quò.

Quò pro Vt causali, Coniunctiuo iungitur. Att. Nihil deterreo, quò minus omnia legant.

Cum, & Tum.


Cum præcedens, & Tum sequens, Indicatiuum admittunt. Q. F. Cum spe sum maxima, tum maiore etiam animo.

Sed in imparibus Cũ præcedit cũ eo, quod minus est. Tum sequitur cum eo, quod grauius, ac maius est.

Item Indicatiuum petunt Et, &, Tum, tum, Nec, nec, quibus paria, vel imparia coniunguntur. Top. Qui tum hoc, tum illud dicit.


Cum, causam significãs, Indicatiuũ, vel Coniunctiuum postulat. Ad Her. Benefacitis, cum venitis. De N. Sæpe de L. Crasso videor audisse, cum te togatis omnibus anteferret.

Hæc de partibus orationis Indeclinabilibus dixisse sufficerit. Qui requirit alia à nobis breuitatis gratia omissa, consulat Marium Nizolium Brixellensem.







Igura est (vt Quintiliano placet) confirmatio quædam orationis remota à communi, & primùm se offerente ratione.

Figurarum aliæ sunt constructionis: aliæ dictionis: aliæ locutionis.

Figuræ constructionis, de quibus hic tractare constituimus, octo sunt; scilicet, Epithece, Ecclesis, Zeugma, Syllepsis, Antiptosis, Prolepsis, Synthesis, Synecdoche: & à Latinis Appositio, Euocatio, Conceptio, Adiunctio, Permutatio, Præoccupatio, Compositio, Intellectio.

De Epithece .i. Appositione.

Fixa rei eiusdem solo consentito casu.

EPithece, seu Appositio est cum duo, vel plura substantiua, quæ ad eandem rem pertinere conspiciuntur, casu consentiunt.

Duo. Tus. Cùm Orestē fabulā diceret Euripides.
Ibidem, Apud Hipanim fluuium, qui ab Europæ parte influit in Pontum.

Pro M. Font. Vrbs Massilia &c.
Att. Illam diem negabant esse mense Maio.
Ep. Citra Taurum montem &c.
Plura. Ibidem, Marcus Tullius Cicero &c.
Possunt aliquando hæc substantiua inter se genere, & numero dissentire. Att. Tulliola deliciæ nostræ tuum munusculum flagitat.
Ad Marium, Deliciæ verò tuæ noster Æsopus eiusmodi fuit, vt ei desinere per oẽs homines liceret.

De Ecclesi .i. Euocatione.

Totum sit primæ, primæ si tertia detur.
Sitque secundæ itidem, cũ tertia iũcta secũdæ est.

ECclesis, seu Euocatio, est immediata reductio tertiæ personæ ad primam, vel secundá. Ep. Tu puer me appetisti.
Ibidem, Si nos prætores, & ea dignitate homines aliquid edito postulassemus à consule &c.

De Zeugmate .i. Adiunctione.

Ad plures partes similes hæc Zeugma reducit
Vnum Participans, verbum, vel mobile nomen.

ZEugma, seu Adiunctio est, cùm duæ, aut plures dictiones, vel orationes sunt similes, & vno solo coniunguntur verbo, participio, aut nomine adiectiuo, quod consentit, cum vna dictione earum, cum reliquis verò subintelligitur. Parad. Nulla possessio, nulla vis auri pluris, quàm virtus æstimanda est.
De Sen. Mens, & ratio, & consilium in senibus est,

Annotandum est, tribus modis fieri istam figuram. Primò, quando verbum, participium, aut nomen adiectiuum præponitur, ad quod reliqua referuntur. ad Att. Egit pater, & filius, vt tibi sponderem: Hæc Protozeugma dicitur, & à Latinis Zeugma à priore.

Secundò, quando verbũ in medio ponitur. ad Her. Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate: Hæc vocatur Mesozeugma à medio.

Tertiò, quando verbum postponitur. ad Att. Mihi, & res, & conditio placet: Hæc vocatur Hysterozeugma à posteriore.

De Syllepsi .i. Conceptione.

Ab Syllepsi ad dissimiles referetur & ipsum
Vnum verbum, & participans, & mobile nomen.

SYllepsis, seu Conceptio autem est, quando dictiones sunt dissimiles, hoc est, quæ habent dictiones diuersorum generum, numerorum, aut personarum, & vno solo coniunguntur verbo, participio, aut adiectiuo nomine. Id si singularis fuerit numeri, cõuenit cũ proximo appellatiuo. pro Rab. Vos vos, inquam, ipsi, & Senatus frequens restitit. De Petit. consul. Multorum arrogantia, multorum contumacia, multorum superbia, multorum odia, ac molestia perferenda est.

Sin autem verbum, participium, aut nomen adiectiuum fuerit pluralis numeri, cum præstantiori dictione aliarum clausularum conueniet in persona, & genere. ad Terentiam, Si tu, & Tulliola lux nostra valetis, ego, & suauissimus Cicero valemus.

I.C.

I. C. Video P. C. in me vestrum omnium ora, atque oculos esse conuersos.

De Antiptosi .i. Permutatione.

Pro casu casum pone, Antiptosin habebis.

ANtiptosis, seu Permutatio est, cũ casus pro casu ponitur. Fit precipuè cùm antecedens, & relatiuum conueniunt in eodẽ casu: idque duobus modis, vel relatiuo præposito antecedenti, vel subsequente.

Relatiuo præposito. Att. Qui decem legati Mommio fuerunt, Polybius non nominat. Pro, legatos. Eidem, Quos cum Mario pueros, & Trebatio miseram epistolam mihi attulerunt. Pro, pueri.

Relatiuo subsequente. Ad Att. Scaptius, qui fuit in Cappadocia puto esse satisfactum. Pro, Scaptio.

Appendix.

Annotandum est, huic figuræ Antiptosi alterum relatiuum sępius subijci ex his pronominibus Hic, Iste, Ille, &c. Tuscul. Quàm quisque norit artem, in hac se exerceat.

De Prolepsi .i. Præoccupatione.

Partitur totum cum verbo in membra Prolepsis.
Dixeris implicitam cũ totum, aut mẽbra tacentur.

PRolepsis, seu Præoccupatio est, cũ aliquod Verbum concordans cum Toto, à Partibus Totius in numero discordat. Phil. Tribuni pleb. tulerunt de prouincijs contra acta Cæsaris, ille biennij, iste sexennij.

Totum est, Tribuni pleb. quod cum Verbo tulerunt, in omnibus concordat, Partes, seu membra sunt, ille,& iste, quæ cū Verbo tulerunt in numero discordant.

Duplex est Prolepsis; Altera explicita: altera implicita.

Prolepsis explicita est, in qua Totum, & Partes exprimuntur, vt iam dictum est.

Prolepsis implicita est, cùm Totū,vel Partes subticentur. de Fin. Cùm alter alterum videremus.

De Synthesi .i. Compositione.

Synthesis est sermo sensu, non voce Latinus.

SYntesin, seu Compositionem, quæ fit, cùm verbum, vel adiectiuum discordat à voce,& concordat cum significato; vt, Turba canunt: Gens armati, non dum inueni apud Ciceronem.

De Synecdoche .i. Intellectione.


Pro toto partem, contraue Synecdocha ponit.


SYnecdoche, seu Intellectio fit quando à parte totum, vel à toto pars intelligitur;vt,Intra parietes nihil mihi tutum &c.

Item ponitur singularis pro plurali: & pluralis pro singulari; vt, Pœno fuit Hispanus auxilio. Et ad Brut. Populo,inquit, ipsi imposuimus.Pro,ipse imposui.

Hæc de Syntaxi hactenus,ad laudē Oīpotētis Dei. XIV.Kal. Sextil.1622.fuit per me Diac.Greg.Orlandum huic paruo labori finis impositus Messanæ.

FINIS.




BIBLIC
Vittor
X
1